dñs ad aarō. In tra eoꝝ nihil possidebis
nec dēbēs ꝓtē int̄ eos. Ego ps z hereditas
tua i medio filioꝝ isrl. Filijs āt leui dedi
oēs decias israhel i possessionē ꝓ mūnꝰ
q̄ fungūt mihi i tabnaculo federis: ut nō acce
dāt vltra filij isrl ad tabnaculū: ne cōmit
tāt pcm̄ mōtifex: solis filijs leui mihi i
tabnaculo fungēt⁹ z pōtātib⁹ pcā popli.
Legitimū sēpitnū erit i gnātionib⁹ vris.
Nihil aliud possidebūt decimaꝝ oblatio
ne ꝺtēt: q̄s i usus eoꝝ z necessaria separa
ui. Locutꝰq; ē dñs ad moysen dicēs. Pre
cipe leuitis atq; denūcia. Cū acceperis a fi
lijs isrl decias q̄s dedi uob⁹ ꝑmitias earū
offerte dño. i. decimā ꝓtē decie: ut repute
tur uob⁹ i oblationē ꝑmitiuoꝝ: tā de areis
q̄ ō torcularib⁹ z vnuēlis: q̄z accipiti ꝑ
mitias offerte dño z date ea aarō sacēdo
ti. Oia q̄ offerēt ex decimis z i dōaria dñi
sepabit: optia z electa erūt cūcta. Dices
q; ad eos. Si ꝑclara z meliora q̄q; obtu
lerit ex decimis: reputabit vob⁹ q̄i ō afa
z torculari ōderit ꝑmitias: z cēdet eas
i oīb⁹ locis vris: tā nos q; fālie ure: qa p
ciū ē ꝑ misterio q̄ fungit i tabnaculo testioy
z ñ peccabit si hoc: egr̄gia vob⁹ z piguia
refuantes: ne polluat oblationes filioꝝ
israhel z moriamini. XIX.

Locutusq; ē dñs ad moysen z aarō
dicēs. Jsta ē religio victime quam
cōstituit dñs. Precipe filijs isrl ut
adducāt ad te vacā rufā etatē integre in q̄
nulla sit macla: nec portauerit iugū: tra-
desq; eā eleazaro sacerdoti. Qui eductaz
ex castra imolabit i ꝺspcu oīuz: z tingens
digitū i sanguie ei⁹: aspget ō foresq; tabna
culi septē uicib⁹: cōburetq; eā cunctis vi
dētib⁹ tā pelle z carnib⁹ ei⁹ q̄; sanguie z fi
mo flāme tradet. Lignū q̄z cedrinū z hy
sopū cocūq; bis tictū sacēdos mittet i flā
mā q̄ vaccā uorat. Et tē ōmū loū vestib⁹
z corpe suo igredief i castra: ꝺmaculat⁹
q; erit vsq; ad uespam. Sz z ille q ꝺbusse
rit eā lauabit uestimēta sua z corp⁹: z im
mundus erit vsq; ad vesp̄az. Colliget āt
uir mūd⁹ cineres uacce. z effūdet eos ex
castra in loco puriſſimo: ut sint multitudi
ni filioꝝ isrl i custodiā z i aquaz aspsiōis:
qz ꝓ pcō vacca cōbusta est. Lumq; laue-
rit q vacce pōtauēat cineres uestimenta
sua imūd⁹ erit vsq; ad uesperū. Hēbunt
q̄z b⁹ filij isrl z aduene q hitāt ic eos sēz iu
re ꝑpetuo. Qui tetigerit cadauer hōis: z
pp̄ē septē dieb⁹ fuerit imūd⁹: aspget ex
hac aq̄ die tcio z septio z sic mūdabit. Si
die tcio aspsus nō fuerit: septimo ñ potit
emūdari. Dies q tetigerit hūane aie mor
ticinū: z aspsus hac ꝺmixtōe ñ fuerit: pol
luet tabnaculū dñi: z ꝑibit ex isrl. Qz aq̄
expiatōis nō ē aspsus imūd⁹ erit: z mane
bit spurcitia ei⁹ sr eū. Jsta ē lex hōis qui
morit i tabnaculo. Oēs q igrediūt tētorī
uz illius: z vniuersa uasa q̄ ibi sūt polluta
erūt septē dieb⁹. Uas q̄ nō būerit opcu
lū: nec ligaturā desup imūdū erit. Si qs
in agro tetigerit cadauer occisi hōis: aut
p se mōtui siue os illi⁹ ut sepulchrū: imū
dus erit septē dieb⁹. Tollētq; de cineri-
b⁹ ꝺbustiōis atq; pcā: z mittet aq̄s uiuas
sup eos i uas: i q̄b⁹ cū hō mūd⁹ rinxerit hy
sopū: aspget ex eo oē tētoriū: et cūcta su
pellectilē: z hoies hui⁹ cemōi ꝺtagiōe pol
lutos. Atq; ō mō mūd⁹ lustrabit imūduz
tcio z septio die: expiat⁹q; die septio: la
uabit z se z uestimēta sua z imūd⁹ erit vs
q; ad uesp̄ū. Si qs ō ritu nō fuerit expia
t⁹: ꝑibit aia illi⁹ ō medio eccle: qz scārī
uz dñi polluit. z nō ē aq̄ lustratōis aspsus
Erit ō p̄ceptū legitimū sēpitnū. Jpse q̄z
q aspgit aq̄s. lauabit uestimēta sua. Qui
q tetigerit aq̄s expiatōis: imund⁹ erit vs
q; ad uesp̄ū. Quicqd tetigēt imūd⁹ imū
dū faciet: z aia q̄ horum quippiā tetigēt
immunda erit usq; ad uesperum. XX

Generūtq; filij isrl z omis multitu-
do in desrtū sin mense p̄mo. z man
sit populus i cades. Mortuaq; est
ibi maria z sepulta in eodē loco. Cūq; idi
geret aq̄ populus cōuenerūt aduersū mo
ysen z aaron: z versi i seditionē dixerunt
Utinā perissem⁹ int̄ frēs nros coraz dño.
Cur eduxistis ecclesiam dñi in solitudiez
vt z nos z nostra iumēta moriamur? Qr
nos fecistis ascendere de egypto: z addu
xistis in locum istum pessimuz qui seri ñ
potest: qui nec ficū gignit: nec uieas: nec

malogñata: isup t aquã ñ bñt ad bibẽdũ
Ingressusq; moyses t aarõ dimissa mlti tu
dine i tabnacl̃ federũ cozzueruut ꝓni in
traz: clamauerũtq; ad dñm atq; dixerũt
Dñe de⁹ audi clamorẽ hui⁹ popli t aperi
eis thesauz tuũ fontẽ aq̃ uiue: ut satiati
cesset murmuratio eoz. Et apparuit gla
dñi sup eos. Locut⁹q; ẽ dñs ad moysẽ di
cẽs. Tolle ẋgã t congrega ppl̃z tu t aarõ fr̃
tu⁹ t loqmi ad petrã cozã eis t illa dabit
aq̃s. Lũq; eduxeris aquã de petra: bibet
ois mlt̃itudo t iumẽta ei⁹. Tulit igr̃ moy
ses ẋgã q̃ erat i cspectu dñi: sicut ꝓcepat
ei: cõgregata mlt̃itudie añ petrã: dixitq;
eis. Audite rebelles t icreduli. Nũ de pe
tra hac vob aquã poꝯim⁹ eyciẽ? Lũq; ele
uasset moyses manũ pcutiens ẋga bis si
licẽ egresse st aq̃ largissime ita ut. ppl̃us
biberet t iumẽta. Dixitq; dñs ad moysez
t aaron. Quia nõ credidistis mihi ut sci
ficaret̃ me cozã filys isrl̃: nõ itroducetis
hos ppl̃os i terraz quaz dabo eis. Hec est
aq̃ cõdictõis ubi iurgati sũt filij isrl̃ cõ dñz.
t sificat⁹ ẽ i eis. Misit inkea nũcios mo
yses õ cades ad regem edom q dicerent.
Hec mãdat fr̃ tu⁹ isrl̃. Nosti oẽz labozez
q appẽdit nos: quõ descẽderit ꝑes nr̃i
i egyptũ t hitauerim⁹ ibi multo tpe affli
xerintq; nos egypti t ꝑres nostros. t quõ
clamauerim⁹ ad dñz t exaudiẽrit nos: mi
seritq; angl̃uz q eduxerit nos de egypto.
Ecce i vrbe cades q̃ ẽ i extremis finibus
tuis positi obsecram⁹ ut nob trãsire lice
at ꝑ terraz tuã. Nõ ibim⁹ ꝑ agros: nec ꝑ
vineas: ñ bibem⁹ aq̃s de puteis tuis: sed
gdiemur via publica: nec ad dexterã nec
ad sinistraz declinãtes donec trãseamus
ẽmios tuos. Cui rñdit edom. Nõ trãsibis
ꝑ me. Aliogn armat⁹ occurrã tibi. Dixerũt
q; filij isrl̃. Per tritã gdiemur uiaz: t si bi
berim⁹ aq̃s tuas nos t pecoza nr̃a: dabi
m⁹ qõ iustũ ẽ. Nulla erit in ꝑcio difficul
tas. tm̃ uelocit̃ trãseaz⁹. At ille rñdit. Nõ
trãsibis. Stat̃q; egressus ẽ obuius cũ in
finita mlt̃itudine t mãu fozti: nec uoluit
acgescẽ õꝓcãti ut cõcederẽt trãsitũz ꝑ
fines suos. Quãobrez diuertit ab eo isrl̃.
Lũq; castra mouissent õ cades venerunt
i montẽ hoz q ẽ i finibus tre edom: vbi lo
cut⁹ ẽ dñs ad moysen dicẽs. Pergat ingt
aarõ ad ppl̃os suos. Nõ. n. itrabit trã quã
dedi filys isrl̃: eo q incredulus fuerit ori
meo ad aq̃s õdictiõis. Tolle aarõ t filiũ
ei⁹ cũ eo t duces eos i mõtẽ hoz. Lũq; nu
dauer̃ ꝑez uestẽ sua: idues ea eleazaruz
filiũ ei⁹. t aarõ colliget̃ t moriet̃ ibi. Fec̃
moyses ut ꝓceperat dñs. t ascẽderunt in
montẽ hoz cozaz oi multitudine. Cumq;
aarõ spoliasset̃ uestib⁹ suis: iduit eis ele
azarũ filiuz ei⁹. Illo mortuo i mont̃ sup
cilio descendit cum eleazaro. Omnis aũt
multitudo uidens occubuisse aarõ fleuit
st eo. xxx. diebus p cũctas familias suas.

Quod cũ audisset chanane⁹ XXI.
rex arad q habitabat ad meridiẽ ve
nisse. s. isrl̃ p explozatozũ uiaz: pu
gnauit cõ illũ t uictoz existẽs: duxit ex eo
ꝓdaz. At isrl̃ uoto se dño obligans: ait. Si
tradidẽris ppl̃z istũ i mãu mã õlebo vrbes
eius. Exaudiuitq; dñs ꝓcem isrl̃ t tradidit
chananeũ: quẽ ille iffecit sbuẽsis vrbib⁹
ei⁹. t uocauit nomẽ loci illi⁹ horma. i. ana
thema. Profecti st aũt õ mõte hoz p uiã q
ducẽ ad mare rubz ut circuirẽt trã edom.
Et tedẽ cepit ppl̃m itineris ac labõis: lo
cut⁹q; cõ dñz t moysẽ ait: Cur eduxisti nos
de egypto: ut moreremur i solitudie: De
est pais: ñ sũt aq̃: aia nr̃a iaz nauseat sup
cibo istо leuissimo. Quãobrez misit dñs
i ppl̃z ignitos ꝑpetes: ad q̃z plagas t mõ
tes plimoz uenerũt ad moysen atq; dixe
rũt. Peccauimus: q; locuti sum⁹ cõ dñm t
te. Ora ut tollat a nob serpẽtes. Oravit
moyses ꝓ ppl̃o. Et locut⁹ẽ dñs ad eũ. Fac
ꝑpentẽ eneũ. t põe eũ ꝓ sig̃. Qui ꝑcussus
aspexerit eũ: uiuet. Fec̃ g moyses ꝑpẽtez
eneũ. t posuit eũ ꝓ signo. Quẽ cũz ꝑcussi
aspicerent sanabãt. Profectiq; filij isrl̃
castrametati st i oboth. Uñ egressi fixere
tẽtoria i teabari i solitudie q̃ respicit mo
ab õ oztẽtalẽ plagã t ide mouẽtes uene
rũt ad torrẽtẽ zareth. Quẽ relinquẽtes ca
strametati st õ arnon q̃ ẽ i õꝛto t ꝓminet
i finib⁹ ãmozrei. Si qdẽ arnõ t̃min⁹ ẽ mo
ab diuidens moabitas t ãmozreos. Uñ
dicit i libzo belloz dñi. Sicut fecit in ma
ri rubzo sic facier i torrẽtib⁹ arnon. Sco
puli torrẽtiũ iclinati st ut regescerent in
armõ t fcũberẽt i finib⁹ moabitaz. Et eo
loco apparuit puteus: fr̃ q̃ locut⁹ẽ dñs ad
moysen. Cõgrega ppl̃z t dabo ei aquam.
Tũc cecinit isrl̃ carmẽ istõ. Ascẽdat pute
us ocinebãt. pute⁹ quẽ foderũt ꝓncipes t
pauerũt duces mlt̃itudis i datoze legis

t i baculis suis. Profecticq; sūt ō solitudi
ne mathana. De mathana in nahaliel.
De nahaliel i bamoth. Bamoth uallis
ē i regione moab i ☧rtice phasga: qō ſſpi
cit ō ōrtū. Misit āt isrł nūcios ad seō re
gē āmorreorū: dicens. Obsecro ut trāsire
mihi liceat p trāz tuā. Nō ōcliabimus in
agros t uineas: nō bibem' aq̄s ex puteis
Uia regia gdiemur: dōec trāseam' tmios
tuos. Qui cōcedere noluit ut trāsiret isrł
p fines suos: gn poti' exercitu cōgregato
egressus est obuiā i deserтū: t uenit i iasa
pugnauitq; ō eū. A q̄ ꝓcussus est i ore gla
dy t possessa ē trā ei' ab arnō vsq; ieboc
t filios āmō q; fortі ꝓsidio tenebāt tmi
āmonitaꝝ. Tulit g isrł oēs ciuitates eius
t habitauit i vrbib' ammorrei: i esebō. ſ. t ui
culis ei'. Urbs esebō fuit seō regis āmor
rei: q pugnauit ō regez moab, t tulit oēz
trāz q̄ uſq; ad arnō. Idcir
co dł i puerbio. Uēite i esebō: edificet t
ꝛstruat ciuitas seon. Ignis egressus ē de
esebō: flāma de oppido seon: t deuorauit
arnō moabitaꝝ t habitatores excelsoꝝ ānō
Ue tibi moab: peristi popłe chamos. De
di filios eius i fugā: t filias i captiuitatē
regi āmorreoꝝ seon. Jugū ipoꝝ disperyt
ab esebō vsq; dibon lassi uenerunt i io-
ppe t usq; madaba. Habitauitq; isrł in trā
āmorrei. Misit itaq; moyses q explora-
rent iazer. Cui' ceperūt uiculos: t possedō
rūt habitatores. Uer terūt q; se t ascēde
rūt per uiam basan t occurrit eis og rex
basan cum omni ppło suo pugnaturus i
edrai. Dixitq; dōs ad moysen. Ne time-
as eū qz i manu tua tradidi illū t oēz po-
pulū ac terrā ei': facies q; illi sic feciſti se
on regi āmorreorū habitori esebon. Per
cusserūt igł t hūc cū filys suis: vniuersuz
q; ppłz ei' vsq; ad ītnitionē t possederūt
terram illius. XXII.

Profecticq; castrametati sūt i cāpe
stribꝰ moab: vbi trans iordanē hie
rico sita est. Uidēs āt balac filius sephor
oia q̄ fecerat isrł āmorreo. t q; timuisset
eū moabite. t ipetuz eius ferre nō posset
dixit ad maiores natu madian. Jta vele
bit hic ppłs oēs q; i nr̄is finib' cōmorant
quō solet bos bēbas vsq; ad radices car
pere. Ipe āt ēat eo tp̄re rex i moab. Mi
sit g nūcios ad balaā filiū beor arioluz q
habitabat ſr flumē trē filioꝝ āmon: ut voca
rēt eū t dicerēt. Ecce egressus ē popul' ex
egypto q; operuit superficiē trē sedens ō me.
Uēi igł t maledic ppło huic q; fōtiō me
ē: si q; mō possim pcutē t eyce de trā
mea. Noui. n. q; bñdict' sit cui bñdixeris:
t maledict' in quē maledicta cōgesseris.
Perrexerūtq; seniores moab t maiores
natu madiā. bñtes dinatōis pciū i māib'
Lūq; uenissēt ad balaā. t narrassēt ei oia
☧ba balac. ille rñdit: Manete h nocte. t
rñdebo qcqd mihi dixerit dōs. Manēti-
b' āt illis apud balaā venit de' t ait ad
eū: Quid sibi uolūt hoies isti apō te? Rñ
dit Balac filiꝰ sephor. Rex moabitaruz
misit ad me dicēs: Ecce ppłs q; egressus ē
ō egypto operuit superficiē trē. ueni t ma-
ledic ei: si q; mō possim pugnās abigē eū.
Dixitq; de' ad balaā: Noli ire cū eis neq;
maledicas ppło: qz bñdict' ē. Qui mane
ꝛsurgēs. dixit ad ꝓncipes. Ite i trā uā
qz phibuit me de' uēire uobiscū. Reuer
si ꝓncipes. dixerūt ad balac. Noluit bala
am uēire nobiscū. Rursū ille multoplēs
t nobiliores q; ānī mīsit. misit. Qui cuz
vēissēt ad balaā: dixerūt. Sic dic baalac
filiꝰ sephor. Ne oter' uēnire ad me: patū
habeo honorare te. t qcqd uolueris dabo
tibi. Uēi t maledic ppło isti. rñdit balaā
Si dederit mihi balac plenā domū suaz
argēti t auri nō poło imutāe ☧bū dñi dei
mei: ut ul' pl' ul' min' loq̄r. Obsecro ut h
māeat' ēt hac nocte. ut scire queā qd mi
hi rursū rñdeat dōs. Uēit g de' ad balaā
nocte. t ait ei. Si uocare te uenerūt hoies
isti: surge t uaḃ cū eis. ita dūtaxat ut qō
tibi ꝓcepo facias. Surrexit balaā mane
t strata asina ꝓfect' ē cū eis. Et irat' ē de'
Stetitq; āgel' dñi i uia ō balaā q; seōbat
asine. t duos pueros hēbat secū. Lernēs
asina āgelū stantē i uia euaginato gladio.
auērit se ō itiere. t ibat p agr̄. Quā cuz
☧bēarz balaā t uellz ad scitā rducē. sterit
angel' i āgust' duaꝝ maceriaꝝ qb' uinee
cigebāt. Quē uidēs asina iūxit se pieti. t
attriuit sedēti pedē. At ille iterū ☧babat
eā t nihilomi' āgel' ad locū āgustū trāsi
ēs ubi nec ad dexterā nec ad sinistrā po-
terat dūiari obui' sterit. Lūq; uidisset asina
stātē āgelū ocidit sb pedib' sedēt. g irat'
uehemēti' ceōbat fuste laka ei'. Aperuitq;
dōs os asine. t locuta ē: qd tibi feci? Cur
pcuſi me ecce iā t tio? Rñdit balaam. Qz

cõmeruisti ⁊ illusisti mihi. Utinaz bẽrem gladiũ ut te peuterẽ Dixit asina. Nonne aial tuũ sũ cui sp sedere ꝺsueſti: vsqz ī pñ tẽ diẽ? Dic qd sic vnq̃ feceri tibi? At ille ait. Nũq̃. Protin' aperuit dñs oculos balaã ⁊ uidit angl̃z stantẽ in via euaginato gladio: adorauitq̃ eũ pn' ī fraz. Cui ág̃lus? Cur ingt ẽtio ꝟberasti asinã tuã? Ego veni ut aduersarer tibi qz puersa ẽ via tua mihiq̃ ꝺria. Et nisi asina declinasset ō via dñs locũ resistẽti: te occidisse ⁊ illa uiuẽt. Dixitq̃ balaã. Peccaui. nesciẽs q̃ tu stares ꝯ me. Et nũc si displicet tibi ut uadã: reuertar. Ait angl̃us. Uade cũ istis. ⁊ caue ne aliud q̃ pcepo tibi loquaris. Iuit igr̃ cũ pncipib'. Qõ cũ audisset balac: egressus ẽ ī occursũ ei' ī oppido moabitaꝛ qõ situ ẽ ī extremis finibus arnõ. Dixitq̃ ad balaã. Nisi nũcios ut uocarẽt te. Cur nõ stati vẽisti ad me? An qz mercedẽ ad uẽtui tuo teddẽ neqo? Cui ille rñdit. Ecce adsũ. Nũqd log potero aliud nisi qõ deus posuerit ī ore meo? Perrexeꝛt g̃ sil: ⁊ venerũt ī vrbẽ q̃ ī extremis regni ei' finibus erat. Cumq̃ occidisset balac boues ⁊ oues: misit ad balaam ⁊ pncipes q̃ cum eo erãt mũera. Mãe ãt fco. duxit eũz ad excelsa baal: ⁊ inuit' ẽ extrmã ptez ppli.

DIxitq̃ balaã ad balac. XXIII. Difica mihi hic septẽ aras. ⁊ para totidẽ uitulos: eiusdemq̃ numeri arietes. Cumq̃ feciſſent iuxta sermonez balaam: imposuerunt simul uitulum et arietem super aram. Dixitq̃ balaam ad balac. Sta paulisper iuxt holocaustũ tuum: võec uadã. si fõte occurrat mihi dñs ⁊ qõcũq̃ ipauerit loq̃r tibi. Cũq̃ abyssz velocit: occurrit illi de'. Locut'q̃ ad eũz balaam: septẽ igr aras erexi: ⁊ iposui vitulũ ⁊ arietẽ desup. Dñs ãt posuit ꝟbum ī ore ei' ⁊ ait. Reuertẽ ad balac. ⁊ hĩ loq̃r. Reuersus iuẽit stãtẽ balac iuxt holocaustũ suũ ⁊ omẽs pncipes moabitaꝛ: assũptaq̃ parabola sua: dixit. De aram adduxit me balac rex moabitaꝛ: ō mõtib' ozientis. Uẽi ingt ⁊ maledic iacob: ppera ⁊ ō testare isr̃l. Quõ maledicã: cui ñ maledixit de'? Qua rõne detester: quẽ dñs nõ ō testat? De sũmis silicib' uidebo eũz ⁊ de collib' ꝺsiderabo illũ. Pp̃lus sol' habitabit ⁊ inꝛ gẽtes nõ reputabiꝛ. Quis dinũerat possit puluerez iacob. ⁊ nosse numerum stirpis isr̃l? Moriat aia mea mõte iusto rũ: ⁊ fiant nouissima' mea hoꝝ simila. Dixitq̃ balac ad balaã? Quid ẽ hõ qõ agis? Ut maledicerez ĩmicis meis vocaui te ⁊ tu eõrio bñdicẽs eis? Cui ille rñdit. Nũ aliud possũ log: nisi qõ iusserit dñs? Dixit ergo balac. Ueni mecũ ī alterũ locũ. vñ prem isr̃l uideas: ⁊ totũ uidẽ nõ possis: inde maledicito ei. Cũq̃ duxisset eũ ī locũ sũmẽ sr̃ ꝟticẽ mõtis phasga: edificauit balaaz septẽ aras ⁊ iposit' ĩ uitul' atq̃ arietibus dixit ad balac. Sta hic iuxt holocaustum tuuz donec ego obui' pgaz. Cui cũ dñs occurrisset: posuissetq̃ ꝟbum ī ore ei': ait. Reuertẽ ad balac: ⁊ hec loq̃ris ei. Reuersus iuenit eũ stãtẽ iuxt holocaustũ suuz ⁊ pncipes moabitarũ cũ eo. Ad quẽ balac. Quid ingt locut'ẽ dñs? At ille assumpta parabola sua: ait. Sta balac et ausculta audi fili sepboz nõ ẽ de' q̃si hõ ut mẽtiat nec ut fili' hõis ut mutet. Dixit g̃ ⁊ ñ faciet: locut'q̃ ẽ ⁊ ñ ĩplebit? Ad bñdicẽdũ adduct' sũ bñdictionẽ ꝓhibẽ nõ ualeo. Nõ ẽ idolũ ī iacob: nec uidet simulacꝛa ī isr̃l. Dñs de' ei' cũ eo ẽ ⁊ clãgoz uictorie regi ī illo. De' eduxit illũ de egypto cui' fortitudo sicꝛis ẽ rhinocerotis. Nõ ẽ augurium ī iacob: nec diuinatio in isr̃l. Tẽporibus suis dicetur iacob ⁊ israbel. qd opat' sit de'. Ecce ppl'us ut leena ꝺsurget. ⁊ q̃si leo erigef. Nõ accubabit donec ꝺuozet ꝓdaz. ⁊ occisoꝝ sanguinẽ bibat. Dixitq̃ balac ad balaã. Nec maledicas ei nec bñdicas. Et ille. Nõne ait dixi tibi. q̃ q̃cq̃d mihi deus ĩperaret hoc facerẽ? Et ait balac ad eũ. Ueni ⁊ ducam te ad aliuz locũ: si forte placeat deo ut inde maledicas eis. Cumq̃ duxisset eũ sup ꝟticẽ montis phogor q̃ respicit solitudinẽ: dixit ei balaã. Edifica mihi hic septẽ aras: ⁊ para totidẽ uitulos: eiusdẽq̃ nũeri arietes. Fecit balac ut balaaz dixerat. iposuitq̃ uitulos ⁊ arietes per singulas aras. XXIIII.

QUmq̃ uidisset balaaz q̃ placeret dño ut bñdiceret isr̃l: neq̃q̃ abiit vt añ prexerat ut auguriũ q̃rẽt: sed dirigẽs ō dextrũ uultũ suũ: ⁊ eleuãs oculos vidit isr̃l ĩ tẽtoꝛijs ꝺmorantẽ p tribus suas ⁊ irruẽte in se spũ dei assũpta parabola ait. Dixit balaã fili' beoz: dixit hõ cui' obturat' ẽ oculus. dixit auditoꝝ ꝟmonũ dei q̃ uisiõez oipotẽtis uidit' ẽ q̃ cadit ⁊ sic aperiũtur oculi ei'. q̃ pulchra tabnacla tua iacob: ⁊ tẽtoria tua isr̃l: ut ualles nemoro

se.ut horti iuxta fluuios irrigui:ut taber
nacula:eue fixit dñs:q̄si cedri ppe aquas
Fluet aq̄ de situla ei⁹:r semē illi⁹ erit in
aquas multas. Tollet ppt agag rex ei⁹:
r auferet regnū illi⁹. Deꝰ eduxit illuz de
egypto:cui⁹ fortitudo sicꝫ rbinocerotis
deuorabūt gētes hostes illius ossaq̄ eoꝝ
p frngēt.r pforabūt sagittis. Accubans
dormiuit ut leo.r q̄si leena quā suscitare
nullus audebit. Qui bñdixerit tibi:erit r
ipe benedict⁹:q̄ maledixerit tibi i male
dictione reputabit. Iratusq̄ balac cōtra
balaā:cōplosis mānib⁹ ait. Ad maledicen
dū inimicis meis vocaui te:qb⁹ ecōtrario
trio bñdixisti. Reuertē ad locū tuū. Decꝰ
ueram q̄dez magnifice honorare te: sed
dñs p̄uauit te honore disposito. Respon
dit balaā ad balac. Nōne nūcios tuos q̄s
misisti ad me dixi.si dederit mihi balac
plenā domū suā argēti r auri non potero
p̄terire p̄monē dñi dei mei:ut ul⁹ bonū uel
malū ḡd̄ pferā ex corde meo:sed gcḡd di
xerit dñs hoc loq̄r? Uerūtn̄ pgēs ad po
pulū meū dabo tibi cōsiliū:q̄d ppl⁹ tuus
ppl⁹ huic faciat extremo tpe. Sūpta igr
parabola rursū ait. Dixit balaā fili⁹ beō:
dixit bō cui⁹ obturat⁹ ē oculus:dixit audi
tor p̄monū dei:q̄ nouit doctrinā altissimi:
r uisiōes oipotētis videt:q̄ cadēs apertos
habet oculos. Uidebo eū sed nō mō:intu
ebor illū sed n̄ ppe. Orietur stella ex iacob
r cōsurget virga ex israel:r percutiet duces Moab:uastabitq̄ oēs filios seth. r erit idu
mea possessio eius. Hereditas seir cedet
inimicis suis:israel aūt faciet fortiter. De ia
cob erit q̄ dñabit:et perdat reliquas ciuitatis.
Cūq̄ uidisset amalech:assumēs parabo
lā ait. Principiū gentiū amalech:cui⁹ extre
ma perdent. Uidit q̄q̄ cyneū:r assūpta pa
rabola:ait. Robustū q̄dē ē habitaculū tuū:
sed si i petra posuerit nidū tuū r fuerit elect⁹
de stirpe cyn q̄diu poterit p manē. Assur n.
capiet te. Assūptaq̄ parabola iterū locut⁹
ē. Heu q̄s uiuet⁹ ē q̄n ista faciet deꝰ? Uenī
ent i trierib⁹ ō italia: superabūt assyrios va
stabūtq̄ hebreos.r ad extremū et ipi pi
būt. Surrexitq̄ balaā r reuersus ē i locū
suū:balac q̄q̄ uia q̄ uenerat:rediit. XXV

Rorabat aūt eo tpe israel in sethim:r
cōmixt⁹ ē pp⁹ cū filiab⁹ moab. q̄
uocauerunt eos ad sacrificia sua.
At illi cōederūt:r adorauerūt deos earuz

Initiatusq̄ ē israel beelfegor. Et irat⁹ dñs
ait ad moysen. Tolle octos p̄ncipes ppli
r suspēde ō eos solē i patibul⁹:ut auertat
furor me⁹ ab israel. Dixitq̄ moyses ad iudi
ces israel. Occidat un⁹ q̄sq̄ p̄rios suos qui
initiati sūt beelfegor. Et ecce vn⁹ ō filioꝝ
israel intrauit corā frib⁹ suis ad scortū madi
anite uidente moyse r oi turba filioꝝ israel
q̄ flebāt añ fores tabernaculi. Qō cuz vi
disset phinees fili⁹ eleazari filij aaron sa
cerdot⁹:surrexit ō medio mltitudis: r ar
repto pugiōe igressus ē p⁹ uirū israhelitē
i lupanar.r pfodit ābos sil⁹ uirū.s.r muli
erē i locis genitalib⁹. Cessauitq̄ plaga fili
is israel:r occisi sūt uigiti q̄tuō milia boiuz
Dixitq̄ dñs ad moysē. Phinees fili⁹ elea
zari filij aarō sacerdotis auertit irā meā a
filijs israel:q̄z zelo meo cōmot⁹ ē ō eos:ut nō
ipe delerē filios israel i zelo meo. Idcirco lo
q̄re ad eū. Ecce do ei pacez federis mei.r
erit tā ipi q̄ semi ei⁹ pactū sacerdotij sē
piternuz:q̄z zelat⁹ ē p deo suo r expiauit
scel⁹ filioꝝ israel. Erat aūt nomē uiri israheli
te q̄ occisus ē cū madianitide zābri fili⁹
salumi:dux ō cognatōe r tribu symeōis
Nozzo mulier madianitꝫ q̄ pcussa ē in
fossa uocabat⁹ cozbi:filia sur p̄ncipis nobilissi
mi madianitaꝝ. Locut⁹q̄ ē dñs ad moy
sen:dicēs. Hostes uos sētiāt madianite r
percutite eos: q̄z r ipi hostiliter egerūt ō uos
r decepe insidijs p idolū phogoꝝ r cozbi fi
liā ducis madian sororē suā q̄ percussa ē in
die plage p sacrilegio phogoꝝ. XXVI.

Postq̄ noxioꝝ sāguis effusus ē: di
xit dñs ad moysē r eleazarū filiuz
aaron sacerdotē. Nūerate oēz sūmā
filioꝝ israel a uigiti ānis r s̄ p domos r co
gnatōes suas:cūctos q̄ pūt ad bella pcē
dē. Locuti sūtq̄ moyses r eleazar sacer
dos i cāpestrib⁹ moab sup iordanē ō hiērico
ad eos q̄ erāt a uigiti ānis r s̄ sic dñs im
perarat:quoꝝ iste ē nūer⁹. Ruben p̄genitus israel. Hui⁹ fili⁹ enoch a quo fām enochitaꝝ: r phallu:a quo fām phalluitaꝝ
r esrom a q̄ fām esromitaꝝ:r chāmi a
q̄ familia chāmitaꝝ. Hę sūt fām ō stir
pe rubē:q̄ nūer⁹ fuēt⁹ ē q̄dragintatria mi
lia r septigēti triginta. Filius phallu eliab
hui⁹ filij namuhel r dathan r abiron. Isti
sūt dathā r abiron:p̄ncipes q̄ ppli surrexe
rūt ō moysē r aaron i seditōe chore q̄n ad
uersus dñz rebellauerūt:r aperiens ter

os suū ꝺuozauit choze moziētibꝫ plimis
qñ ꝺbussit ignis ducētos gnq̄gita viros.
Et factū ē grāde miraculū: ut choze ꝓeū
te fily illiꝰ nō ꝓirēt. Fily symeō ꝓ cogna
tiões suas: namubel: ab b̄ fāilia namu
belitaꝝ: t iamin: ab b̄ fāilia iaminitarū:
iachin. ab b̄ fāilia iachinitarū zare: ab b̄
fāilia zareitaꝝ: sauli ab b̄ familia saulita
rū. ꝟ De sē fāilie ō stirpe symeō: q̄ꝝ ois nu
merus fuit vigiti duo milia ducēti. Fily
gad ꝓ cog̃tões suas: sephō: ab b̄ fāilia se
phōitaꝝ. aggi: ab hoc fāilia aggitaꝝ: su
ni ab hoc familia sunitarū: ozni ab hoc
familia oznitaꝝ: ber: ab hoc fāilia berita
rū: arod. ab hoc fāilia aroditaruꝫ: aribel
ab hoc fāilia aribelitaꝝ. Iste sūt familie
gad: q̄rū ois nūerus fuit q̄dragita milia
gngenti. Fily iuda: ber t bonan: q ambo
mozui sē i tra chanaā. Fuerūtq fily iu
da ꝓ cognatões suas: sela a q̄ fāilia selai
taꝝ: phares a q̄ fāilia phareſitaꝝ: zare: a
q̄ fāilia zareitaruꝫ. ꝟ Pozro fily phareſ: es
rom. a q̄ fāilia esromitaꝝ: t amul a q̄ fāi
lia amulitaꝝ. Iste sē familie iuda: q̄ꝝ oiſ
nūerꝰ fuit septuagita sex milia gngenti.
Fily ysachar ꝓ cognatiões suas thola: a
q̄ fāilia tholaitaꝝ: phua: a q̄ fāilia phuai
tarū: iasub a q̄ fāilia iasubitarū: semran
a q̄ fāilia semranitaꝝ. ꝟ De sūt cognatões
ysachar: q̄ꝝ nūerꝰ fuit sexagita q̄tuō mi
lia trecenti. Fily zabulō ꝓ cognatões su
as: sared a q̄ fāilia sareditarū: helō a quo
familiaꝝ belonitaꝝ: ialel a q̄ fāilia iale
litaꝝ. ꝟ De sūt cognatões zabulon: q̄ꝝ nūe
rus fuit sexaginta milia gngēti. Fily io
seph ꝓ cognatões suaſ manasse t ephraī
De manasse ozrꝰ ē machir: a q̄ fāilia ma
chiritaꝝ. Machir gēuit galaad a q̄ fāilia
galaaditaꝝ. Galaad būit filios iezer. a q̄
fāilia iezēitaꝝ: t elech. a q̄ familia elechi
taꝝ: t asriel a q̄ fāilia asrihelitaruꝫ t se
chem: a q̄ fāilia sechemitaꝝ: t semida a
q̄ familia semidaitaꝝ: t epher: a q̄ fāilia
ephēita. Fuit āt epher pr̄ salphaad q fili
os nō bēbat sz trū filias: q̄ꝝ ista sē nomia
maala t noa t egla t melcha t thēsa. ꝟ De
sūt familie manasse t nūerꝰ eaꝝ gnq̄gin
ta duo milia septigenti. Fily aūt ephraī
ꝓ cognatões suas fuerꝫ hi. Suthala a q̄
fāilia fuit alaitaꝝ: bechē a q̄ fāilia bece
ritaꝝ: teben a q̄ fāilia tebenitaꝝ. ꝟ Pozro
filiꝰ suthala fuit heran a q̄ familia herāi
taꝝ. ꝟ De sūt cognatões filioꝝ ephraī q̄rū
nūerus fuit triginta duo milia gngenti.
Isti sūt fily ioseph ꝓ familias suas. Fily
beniamī i cognatōibꝰ suis: bale a q̄ fāilia
baleitaꝝ: azbel. a q̄ fāilia azbelitaꝝ: achi
ram a q̄ fāilia achiramitaꝝ: supha a q̄ fa
milia supha nitaꝝ: upha a q̄ fāilia upha
tarū. Fily bale: hered t noeman. De he
red fāilia hereditarū: de noeman. fami
lia noemanitaꝝ. ꝟ Hi sūt fily beniamin ꝓ
cognatões suas q̄rū numerꝰ fuit quadra
ginta gnq̄ milia sexcēti. Fily dan per co
gnatões suas: suban: a q̄ familia subani
taꝝ. ꝟ De sūt cognatiões dan ꝓ fāilias su
as. Oēs fuere subanite q̄ꝝ nūerꝰ erat se
xaginta q̄tuor milia q̄dringenti. Fily aſ
ꝓ cog̃tões suas: iemna: a q̄ fāilia iemna
itaꝝ: iessui a q̄ familia iessuitaꝝ: bzie a q̄
familia bzielitaꝝ. Fily bzie haber a q̄ fa
milia habēitaꝝ: t melchie a q̄ fāilia mel
chielitaꝝ. Nomē aūt filie aser fuit sara.
ꝟ De cognatões filioꝝ aser t nūerꝰ eorum
gnq̄gita tria milia q̄dringenti. Fily nep
talim ꝓ cognatões suas: iessibel aq̄ fami
lia iessibelitaꝝ: gunt a q̄ fāilia gunitaruꝫ
iasser a q̄ familia iasseitaꝝ: sellem a q̄ fa
milia sellemitaꝝ. ꝟ De sūt cognatiões fili
oꝝ neptali ꝓ familias suas: q̄rū nume
rus q̄dragita gnq̄ milia q̄drigenti. Ista
ē suma filioꝝ isrl q fcēsiti sūt sexcēta mi
lia t mille septigēti triginta. Locutusq
ē dñs ad moysen dicēs. Istis diuidet tra
iuꝫ numeꝝ vocabuloꝝ i possessiones su
as. ꝟ Plrib⁹ maiozē ptē dab. t pauciozib⁹
minozē sigul sic nūc recensiti sē tradetur
possessio: ita ꝺūtaxat ut sozs terrā tribu
bus diuidat t fāilys. Quidqd sozte cōti
gerit: b uł plres accipiant uel pauciores.
ꝟ Hic q̄z ē nūerꝰ filioꝝ leui ꝓ fāilias suas.
Gerson a q̄ familia gersonitaꝝ: caath a q̄
fāilia caathitaꝝ: merari a q̄ fāilia merāi
taꝝ. ꝟ De sūt familie leui. Familia lobni:
fāilia hebzoni. familia mooli. fāilia musi
fāilia chozi. At ꝺo caath gēuit amran: q
būit vxozē iochabeth filiā leui q̄ nata ē
ei i egypto. ꝟ Hec genuit amram uiro suo
filios aarō t moysen t mariam sozozē eo
rū. De aarō ozti sē nadab t abiu t eleazā
r ythamar. q̄ꝝ nadab t abiu mōtui sūt cū
obtulissēt ignē alienū cozā dño. Fuerūtq
oēs q nūerati sūt uigititria milia gnīs ma
sculini ab vno mense t s̄ q nō sūt recensiti

iter filios isrl: nec eis cū cetis data possessio ē. ⁊ Hic ē nūer⁹ filiorū isrl q descripti sūt a moyse ⁊ eleazaro sacēdote i campestribus moab sup iordanē ō hiericō: inter quos nullus fuit eorū q ante nūerati sūt a moyse ⁊ aaron i deserto synai. ⁊ Predixerat enim dñs ois morerent i solitudie. Null⁹ q remansit ex eis nisi caleb filius iephone ⁊ iosue filius nun. XXVII

Accesserūt aūt filie salphaad filij epher filij galaad filij machir: filij manasse qui fuit filius ioseph: q̄rū sūt nomina maala ⁊ noa ⁊ egla ⁊ melcha ⁊ thersa ste terūtq; corā moyse ⁊ eleazaro sacēdote ⁊ cūctis p̄ncipib⁹ ppli ad ostiū tabnacli federis: atq; dixerūt. ⁊ Pr nr mortu⁹ ē i deserto: nec fuit in seditione q̄ congregata ē ō dñm sub core: sed i pcō suo mortu⁹ est. ⁊ Hic nō habuit mares filios. Cur tollit nomē illius ō filia sua: q̄ nō hz filiū? Date nobis possessionē inter cognatos pris nri. ⁊ Retulitq; moyses cām earū ad iudiciū dñi. Qui dixit ad eū. Justas rez postulāt filie salphaad. Da eis possessionē inter cognatos pris sui: ⁊ ei in hereditatē succedāt. Ad filios aūt isrl loq̄ris hō. ⁊ Hō cū mortu⁹ fuerit absq; filio ad filiā ei⁹ trāsibit hereditas: si filiā nō hūerit: habebit successores frēs suos q̄ si ⁊ frēs nō fuerint habuit hereditatē frib⁹ pris eius. Sin aūt nec patruos hūerit: habit hereditas his q̄ p̄xim⁹ sūt. Eritq; hoc filijs isrl sēm lege ppetua: sic p̄cepit dñs moysi. Dixit q̄z dñs ad moysē. Ascēde in montē istū abarī. ⁊ contēplare inde terrā quā daturus sū filijs isrl. Cūq; videris eam ibis ⁊ tu ad pplm tuū sicut frr tuus aaron q̄ offendistis me i deserto syn i ōdictōe multitudinis: nec sanctificare me voluistis corā ea sup aq̄s. ⁊ He sūt aque ōdictionis in cades deserti syn. Cui rādit moyses. ⁊ Prouideat dñs de⁹ spūm omis carnis hoiem q̄ sit sup multitudinē hanc ⁊ possit exire ⁊ intrare ante eos: ⁊ educere eos uel introducere: ne sit ppls dñi sicut oues absq; pastore. Dixitq; dñs ad eū. Tolle iosue filiū nun virū i quo est spūs dei ⁊ pone manū tuā sup eū. Qui stabit coram eleazaro sacerdote ⁊ oi multitudine: ⁊ dabis ei p̄cepta cunctis uidētibus ⁊ ptē glie tue: ut audiat eū ois synagoga filioꝝ isrl. ⁊ Pro hoc si quid agendū erit. eleazar sacerdos cōsulet dñm ad hoc̄ ei⁹ egrediet ⁊ ingrediet ipe ⁊ oēs filij isrl cuꝝ eo⁹ ⁊ cetera mltitudo. Fecit moyses ut p̄cepat dñs. Cūq; tulisset iosue: statuit eū corā eleazaro sacēdote ⁊ oi frequētia ppli: ⁊ ipositis capitī ei⁹ manibus cuncta replicauit que madauerat dñs. XXVIII

Dixit q̄z dñs ad moysē. ⁊ Precipe filijs isrl ⁊ dices a eos. Oblationē meā ⁊ panes ⁊ icēsū odoris suauissimi offerte ptā sua. ⁊ Hec sūt sacrificia q̄ offerē ō bent. Agnos āniculos imaculatos duos q̄ tidie i holocaustū sempiternū: vnū offeret mane ⁊ alterū ad uespe: decimā ptē ephi simile q̄ cōspsa sit oleo purissimo: ⁊ hēat q̄rtā ptē hin. ⁊ Holocaustuz iuge est qō obtulistis i mōte synai in odorez suauissimū incēsi dñi. Et libabitis vini q̄rtā ptē hin p agnos singlos i scūario dñi. Al terūq; agnū similiter offeret ad uespā iuxta ritū sacrificij matutini ⁊ libamētorū eius oblationē suauissimi odoris dño. Die aūt sabbati offeret duos agnos āniculos imaculatos ⁊ duas decimas silē oleo conspse i sacrificio ⁊ liba q̄ rite fundunt per singula sabbata i holocaustū sempiternuz. In kalendis aūt. i. i mēsiū exodys offeret holocaustū dño: uitulos ō armēto duos. arietē unū: agnos āniculos septē imaculatos ⁊ tres decias similē oleo cōspse i sacrificio p singlos uitulos ⁊ duas decias silē oleo cōspse p singlos arietes ⁊ decimā decime similē ex oleo i sacrificio p agnos singlos. ⁊ Holocaustū suauissimi odoris atq; incēsi dño. Libamēta aūt uini q̄ p singulas fūde da sunt victimas. ista erūt. ⁊ Media ps hin p singlos uitulos: tertia p arietē: q̄rta pars agnū. ⁊ Hoc erit holocaustū p oēs mēses: q̄ sibi anno ⁊trente succedunt. ⁊ Hircus q̄z offeret dño p pcīs i holocaustū sēpiternū cū libamēnt⁹ suis. Mēse aūt p̄ q̄rtadecia die mensis: phase dñi erit ⁊ q̄ntadecima die sollēnitas. Septē dieb⁹ uescent azimis: q̄rū dies p̄ma venerabilis ⁊ sca erit. Oē op⁹ seruile nō facietis in ea. Offeretq; in cēsū holocaustū dño uitulos ō armēto duos: arietē vnuz agnos āniculos imactatos septē ⁊ sacrificia singlorū ex simila q̄ conspsa sit oleo: tres decias p singlos uitulos ⁊ duas decimas p arietē: ⁊ decimā decie p agnos singlos. i. p septē agnos ⁊ hircuz cū p pcō vnū ut expiet p vob: p̄ter holocaustū matutinū. qō sēp offeret. Ita fa

cietis p sigla dies septē diex: i fōitē ignis
t i odorē suauissimū dño: q surget de ho
locausto t de libatōib' singlōrū. Dies āt
septim' celeberrim' t scūs erit uob. Oē
op' fuile ñ facietis i eo. Dies ēt ōmitiozuz
qñ offeretis nouas fruges dño expletis heb
domatib': venerabil' t scā erit. Oē opus
fuile nō facietis i ea. Offeretis āt holocau
stū i odorē suauissimū dño: vitulos de ar
mēto duos: arietē vnū: agnos āniculos i
maculatos septē: atq; i sacrificijs eox si
mile oleo ɔ ispse tres decias p singulos vi
tulos: p arietes duas: p agnos decimā deci
me: q sit sūt agni septē: bircū āt q macta
tur p expiatōe: pter holocaustū sempiter
nū t libā ei'. Immaculata offerēt oia cū
libationibus suis. XXIX

QEnsis ēt septimi ōma dies venera
bilis t sca erit vob. Oē op' fuile ñ
facietis i ea: q; dies clāgoris ē t tubax. Offe
retis āt holocaustū i odorē suauissimū dño:
vitulū ō armēto vnū: arietē vnū t agnos ā
niculos imaculatos septē t i sacrificijs eox
simile oleo ɔ ispse tres decimas p singulos
vitulos: duas decimas p arietē: vnā deci
mā p agnū: q sit sit agni septē: t bircū pro
pcō q offert i expiatiōe popli pter holo
caustū kalēdax cū sacrificijs suis: t holo
caustum sempiternū cū libationib' soli
tis. Vbi dē cerimōijs offeret i odorē sua
uissimū incensū dño Decia āt dies ñisis
hui' septimi: erit vob scā atq; venerabil.
t affligetis aias vras. Oē op' fuile ñ facie
tis i ea. Offeretis āt holocaustū dño i odo
rē suauissimū: vitulū ō armēto unū: ari
etē vnū: agnos āniculos imaculatos sep
tē: t i sacrificijs eox simile oleo ɔ ispse tres
decimas: p singulos vitulos: duas decimas
p arietē: decimā decie p agnos singulos q
sit sit agni septē t bircū p pcō: absq; his
q offerri p delicto solēt i expiatōz: t holo
caustū sempiternū i sacrificio t libamibus
eox. Quintadecia āt die mēsis septimi q
vob scā erit atq; uenerabil: oē op' fuile ñ
facietis i ea: sz celebrabitis solēnitatē dño
septē dieb'. Offeretis āt holocaustū i odo
rez suauissimū dño: vitulos de armento
tredecī: arietes duos: agnos āniculos ima
culatos qtuordeci. t i libamīa eox: simile
oleo ɔ ispse tres decias p vitulos singlos:
q sit sit vituli tredecī t duas decias arieti
vno, i. sit arietib' duob' t deciaz decime
agnis singlis q sit sit agni qtuordeci. t bir
cū p pcō absq; holocausto sēpiterno t sa
crificio t libamie ei'. In die alto offeret
vitulos de armēto duodecim: arietes du
os: agnos āniculos imaculatos qtuōdeci:
sacrificijq; t libamia singlox p uitulos t
arietes t agnos rite celebrabitis: t bircū p
pcō absq; holocausto sēpiterno: sacrificio
q; t libamie eius. Die ctio offeretis vitu
los ūdecī: arietes duos: agnos āniculos im
maculatos qtuordeci: sacrificijq; t liba
mia singlox p uitulos t arietes t agnos ri
te celebrabitis. t bircū p pcō: absq; holo
causto sēpiterno: sacrificioq; t libamie ei'
Die qrto offeretis uitulos decē arietes duo
os: agnos anniculos imaculatos qtuōdeci
sacrificijq; t libamia singlox p uitulos t
arietes t agnos rite celebrabitis. t bircū p
pcō: absq; holocausto sēpiterno: sacrificio
q; ei' t libamie. Die qnto offeret uitulos
nouē: arietes duos: agnos āniculos imacu
latos qtuōdeci: sacrificijq; t libamia sin
gulox p uitulos t arietes t agnos rite cele
brabitis. t bircū p pcō absq; holocaus
sto sēpiterno sacrificioq; ei' t libamie. Die
sexto offeretis vitulos octo: arietes duos
agnos āniclos imaculatos qtuōdeci sacrifi
cijq; t libamia singulox p uitulos t arie
tes t agnos rite celebrabitis. t bircū pro
pcō. absq; holocausto sēpiterno: sacrificio
q; ei' t libamie. Die septimo offeret uitu
los septē t arietes duos: agnos āniclos i
maculatos qtuordeci: sacrificijq; t liba
mina singulox p uitulos t arietes t agnos
rite celebrabitis. t bircū p pcō absq; ho
locausto sēpiterno sacrificioq; ei' t libami
ne. Die octauo q ē celebērim'. oē op' ser
uile nō facietis offerentes holocaustū in
odorē suauissimū dño: uitulū vnuz: arie
tē vnuz: agnos anniculos immaculatos
septē: sacrificijq; t libamia singulox p ui
tulos t arietes t agnos rite celebrabitis
t bircū p pcō absq; holocausto sēpiter
no: sacrificioq; ei' t libamie. Hec offeris
dño i solēnitatib' vris: pter uota t oblati
ones spōtaneas i holocaustis: i sacrificijs:
i libamie: t i hostijs pacificis. XXX.

DArrauitq; moyses filijs isr'ol q
ei. dñs iparat: t locut' ē ad pncipes
tribuū filioz isr'. Iste est sm quē
pcepit dñs. Si qs uiroz votū dño uouē
rit: aut se cōstrixerit iuramēto: nō faciet

irritū ꝯbū suū: sz oē qđ ꝓmisit implebit
Quūler si ggnā uouerit t se cōstrinxēit
iuramēto q ē i domo ꝑis sui t i etate adh
puellari: si cōgnouerit ꝑ uotū qđ pollicita
ē t iuramētū q obligauit aiaz suā: t tacu
erit: uoti rea erit. Quicqd pollicita ē t iu
rauit opē ꝯplebit. Sin aūt stati ut audiēit
ꝺixerit ꝑ. t uota t iuramenta ei⁹ irrita
erit: nec obnoxia tenebit spōsiōi eo qꝺ ꝺi
xerit ꝑ. Si maritū hūerit t vouerit ali
qd t semel de ore ei⁹ ꝯbū egrediēs aiam
ei⁹ obligauerit iuramēto: q die audiēit uir
tā ꝺixerit: uoti rea erit: reddetq; qōcū
q; ꝓmiserat. Sin aūt audiēs stati ꝺixerit
t irritas fecerit pollicitatiōes ei⁹: ꝯbaq;
qđ obstrinxerat aiaz suā ꝓpitⁱ⁹ erit ei dñs
Vidua t repudiata qcqd vouerit reddēt
Uxō i domo viri cū se uoto ꝛstrinxēit t iu
ramēto: si audiuēit: vir t tacuēit nec ꝺixe
rit spōsiōi: reddet qōcūq; ꝓmiserat. Sin
aūt extēplo ꝺixerit nō tenebit ꝓmissiōis
rea qz marit⁹ ꝺixit: t dñs ei ꝓpitⁱ⁹ erit.
Si vouerit t iuramēto se cōstrixerit ut p
ieiuniū uel ceteraz rez abstinentiā affli
gat aiaz suā: i arbitrio uiri erit si faciat si
ue nō faciat. Qđ si audiēs uir tacuerit. t
i alterā diē distulerit sniaz: qcqd vouerit
atq; ꝓmiserat: reddet: qz stati ut audiuit
tacuit. Sin aūt ꝺixerit postq; resciuit:
portabit ipe iniqtatē ei⁹. Iste ſt leges q̄s
ꝛstituit dñs moysi inf uirū t vxorē: inter
patrē t filiā que in puellari adhuc etate
est: uel q manet i parētis domo. XXXI

LOcut⁹ q ē dñs ad moysē dicēs. Ul
ciscē ꝑsus filios isrl de madianitis:
t sic colligeris ad ꝓplm tuū. Sta
tiq; moyses armate inqt ex uob viros ad
pugnā q possint vltionē dñi expetē ꝺ ma
dianitis. Mille uiri de singul tribub⁹ eli
gant ex isrl q mittāt ad belluz. Dederūt q
millenos de singul tribubus. i. duodecim
millia expeditoz ad pugnā q̄s misit mo
yses cū phinees filio eleazari sacerdotis
vasaq; scā t tubas ad clangēdū tradidit
ei. Cūq; pugnasset ꝺ madianitas atq; vi
cissent oēs mares occiderūt t reges eoz
evi t recem t sur t vr t rebe qnq; ꝓnci
pes gētis balaā q̄z filiū beoz inf fecerunt
gladio: ceperūtq; mulieres eoz t puulos
oiaq; pecora t cūctā supellectilez. Quic
qd bre ꝑoterāt ꝺpopulati ſt tā vrbes q̄
uicos. t castella flāma ꝛsūpsit. Et tulerūt
ꝓdā t vniuersa q ceperant tā ex hōib⁹ q̄ ex
iumēt t adduxerūt ad moysē t eleazar
sacerdotē t ad oēz mltitudinē filioz isrl.
Reliq̄ aūt utēsilia portauerūt ad castra i
cāpestribus moab: iux iordanē ꝺ hierico
Egressi aūt ſt moysē t eleazā sacēdos t oēs
ꝓncipes synagoge i ocursū eoz ex castra
Irat⁹q; moyses ꝓncipib⁹ exercit⁹ tribu
nis t centurionibus q venerāt de bello: ait
Cur feminas reſuastis? Nōne iste ſt q ꝺ
ceperūt filios isrl ad suggestionē balaaz
t ꝓuaricari nos fecerunt in dño sup pcō
ꝓgoz. vnde t plaga facta ē ꝑ plus. Ergo cū
ctos interfice qcqd est generis masculini
ēt i puul t mulieres q nouerunt uiros in
coitu iugulate: puellas aūt t oēs femias
ignes reſuate uob t mānete ex castra se
ptē diēb⁹. Qui occiderit hōiez uel occisū
tetigerit: lustrabit die ttio t septio. Et de
oi ꝓda siue vestimentū fuerit siue uas t
aliqd i vtensilia ꝓparatū de capraz pel
libus t pilis t ligno expiabit. Eleazar q̄z
sacerdos ad viros exercit⁹q pugnauerāt
sic locut⁹ ē. Hoc ē ꝓceptū legis qđ mā
dauit dñs moysi. Aurū t argentū t es t fer
rū t plūbū t stānuz t oē qđ pōt trāsire p
flāmas igne purgabit: qcqd aūt ignē non
pōt sustinere. aq̄ expiatōis sciſicabit: t
lauabitis uestimēta vra die septio. t pu
rificati postea castra intrabitis. Dixit q̄z
dñs ad moysen. Tolle sūmā eoz q̄ capta
sūt ab hoīe vsq; ad pecus tu t eleazar sa
cerdos t oēs ꝓncipes uulgi: diuideſq; ex
eā ꝓdam inf eos q pugnauerūt egressiq;
sūt ad bellū. t inf oēz reliquā multitudi
nē. t sepabis ptē dño ab his q pugnaue
rūt t fuerūt i bello unā aiam de qngenti
tā ex boibus q̄ ex bob⁹ t asinis t ouib⁹ t
dabis eā eleazaro sacerdoti qz ꝓmitie dñi
sunt. Et media q̄z ptē filioz isrl accipies
qnq̄gesimū caput boiuz t boū t asinorū
t ouiū cūctoq; aiantiū. t dabis ea leuitis
q excubāt i custodijs tabnacli dñi. Fece
rūtq; moyses t eleazar sic ꝓceperat dñs
Fuit aūt ꝓda quā exercit⁹ ceperat: ouiū sex
cēta septuagita qnq; milia boū septuagi
ta duo milia: asinoz sexagita millia t mil
le aie hoiuz sex⁹ fēinei q̄ non cognouerāt ui
ros trigita duo millia. Datāq; ē media ꝑ
bis q i ꝓlio fuerāt ouiū trecēta trigita se
ptē milia qngēte: e qb⁹ i ptē dñi supputa
te ſt oues sexcēte septuagita qnq; t ꝺ bo
b⁹ trigita sex milib⁹. boues septuagita t
duo: ꝺ asinis trigita milib⁹ qngenti: asini

seragita vn'. De alab' boiuz. xvi. milib' cessert i ptē dñi trigitadue aie Tradidit q moyses nūer pmitiaz dñi eleazaro sacerdoti sic fuerat ei ipatuz ex media pte filioz isrl quā sepauerat bis q in plio fuerāt. De media vo pte q ptigerat reliq mltitudini. i. de ouib' trecentis trigita septē milib' gngentis z ō bob' trigita sex milib': z de asinis trigūa milib' gngentis. z ō boib' sedeci milib': tulit moyses gnāgesimū caput z dedit leuis q excubabāt in tabnacko dñi: sic pcepat dñs. Lūq accessisset pncipes exercit' ad moysez z tribūi cēturionesq dirext. Nos serui tui recensuim' nūer pugnatoz qs būim' sb mānka: z ne vn' qdē defuit. Ob hāc cām offerim' i donarus dñi singli qō i pda auri potuim' iuenire: periscellides z armilas ānulos z dextralia ac murenulas: ut depceris p nob dñi. Suscepervtq moyses z eleazar sacerdos oē aur i diuersis speciebus pdē scūary sedeciz milia septingētos gnāginta siclos. a tribūis z cēturionib'. Unusqsq. n. qō i pda rapuerat suum erat. z suscepti tulervt in tabnackz testimōy: i monimētū filioz isrl coram dño.

Alij āt rubē z gad habe XXXII bāt pecōa mlta. z erat illi iumēti: ifinita suba. Lūq vidisset iazer z galaad aptas alialib' alēdis fras z venervt ad moysen z ad eleazar sacerdotē z pncipes multitudis: atq dixervt. Astaroth z disbō z iazer z nemra esebō z eleale z sabā z nebo z beon fra quā pcussit dñs i cōspectu filioz isrl regiōis ubērime ē ad pastū aialium: z nos serui tui bēmus iumēta plrima pcamurq si iuenim' gram coraz te ut des nob famul'tuis eā i possessiōem nec facias nos trāsire i iordanē. Quibus rndit moyses. Nūqd fres uri ibūt ad pugnā z uos hic sedebitis? Cur sbuertit mētes filioz isrl ne transire audeāt i locum quē eis datur' ē dñs? Nōne ita egerunt pres uri qn misi de cades bāne ad explorādā fraz? Lūq uenisset ad vallē botri lustrata oi regiōe sbuerterūt coz filioz isrl vt nō ingrarēt fines qs eis dñs dedit: qb' ira t' iurauit dicēs. Si uidebūt hoines isti q ascēderūt ex egypto a uigiti ānis z ē fra quā sb iuramto pollicit' sū abrahā ysaac z iacob z noluervt seq me pter caleb filium iepobne zenezeū z iosue filiuz nun

Isti ipleuert uolūtatē meā. Irat' q dñs aduersū isrl circūduxit eū p ō sertū qdraginta annis donec cōsumeret vniuersa gnātio q fecerat malū i cōspcu ei'. Et ecce igt vos surrexistis p prib' vris incrementa z alūm hōiuz pcōz ut augeret furorē dñi ō isrl q si noluerit seq eū i solitudine pplum derelinquet: z uos cā eritis cā necis oiuz. At illi ppe accedētes dirext. Caulas ouiū fabricabimus z stabula iumētoruz puulis q nris vrbes mūitas: nos aūt ipi armati z accincti pgem' ad plū añ filios isrl dōec introducaz' eos ad loca sua. Parvuli nri z gegd bre possum' erūt i urbib' mūitis pp biratoz insidias. Non reuēte mur i domos nras vsq. dū possideāt filii isrl hereditatē suā: nec gcq grem' trāsiōdanē: qz iā bēm' possessionez nraz in orē tali e' plaga. Quib' moyses ait. Si facitis qō pmittitis expediti pgite coram dño ad pugnā z ois vir bellator armat' iordanē trāseat: donec subuētat dñs inimicos suos z sbjciat ei ois tra: tūc eritis inculpabiles apud deū z apud isrl: z obtinebis regiōes q uultis coram dño. Sin āt qō dicti nō feceritis: nulli dubiū ē qn pecceti i deū. z scitote qm pcm vrz appbēdet uos. Edificate q urbes puulis vris z caulas z stabula ouib' ac iumētis z qō polliciti estis iplete. Dixerūtq filij gaad z ruben ad moysen. Serui tui sum'. Faciemus qō iubet dñs nr. Parvulos nros z mulieres. z pecōa ac iumēta relinquim' i urbib' galaad: nos aūt famli tui oēs expediti pgem' ad bellū sic tu' dñe loqris. Precepit g moyses eleazaro sacerdoti z iosue filio nun z pncipib' familiarū trib' isrl. z dixit ad eos. Si trāsierint filij gad z filij ruben vobis cū iordanē oēs armati ad bellū coram dño z uobis fuerit tra sbiecta: dare eis galaad i possessionē. Sin aūt noluerit trāsire vobiscū i terrā chanaā: inter uos hirandi accipiant loca. Rndervtq filij gad z filij ruben. Sic locutus ē dñs seruis suis ita faciem'. Ipi armati pgem' coram dño i trā chanaan z possessionē iaz suscepisse nos cōfitemur trās iordanē. Dedit itaq moyses filijs gad z rubē z dimidie tribui manasse filij ioseph regnū seō regis āmorei z regnū og regis basā: z trā eoz cū urbib' suis p circuitū. Igr extruxert filij gad dibon z asteroth z aroē z aroer z roth z sophan

r lazer:iecbaa r bethnemra r bethará vr
bei mūtaſ.r caulaſ pecōib' ſuis. Filij ro
rubē edificauerūt eſebō r eleale r caria-
thai r nabo r baalmeon vſis nōib': ſaba
ma q; iponētes vocabla vrbiū q; ſ extru
xerāt. Porro filij machir filij manaſſe p
rexerūt i galaad: r vaſtauerūt eā ītfecto
ámōreo habitatore ei'. Dedit g' moyſes trā
galaad machir filio manaſſe q habitauit i
ea. Jair āt filius manaſſe abijt r occupauit
vicos eius: q; appellauit anothiair. i. vil-
las iair. Nobe q; prexit r appzehendit
chanath cum viculis ſuis: vocauitq; ea
ex nomine ſuo nobe. XXXIII.

Hē ſūt māſiōes filiorū iſrl q egreſſi
ſūt de egypto p turmas ſuas i ma
nu moyſi r aarō: q; deſcripſit mo
yſes iuxt caſtrorū loca q dñi iuſſione muta
bant. Profecti igr de rameſſe mēſe p̄ō q̄n
tadecia die mēſis p̄mi: alta die phaſe fi
lij iſrl māu excelſa uidentib' cūctis egy
ptys r ſepelientib' p̄gēitos q; pcuſſerat
dñs. Nā r i dys eor exercuerat vltionez.
Caſtrametati ſūt i ſochot: de ſochot ve
nerūt i ethām q ē i extremis finibus ſoli
tudis. Inde egreſſi venerūt cōtra phiai
roth q reſpicit beelſephon. r caſtrameta
ti ſūt añ magdalū. Profectiq; de phiai-
roth trāſierūt p mediū mare i ſolitudiez
r ambulātes trib' dieb' p deſtū erbā: ca-
ſtrametati ſūt i mara. Profectiq; de ma
ra. venerūt i beli vbi erāt duodeci fōtes
aq̄r r palme ſeptuaginta: ibique caſtra-
metati ſūt. Sz r ide egreſſi: fixerūt tento
ria ſ mare rubrū. Profectiq; ō mari ru
bro: caſtrametati ſūt i deſerto ſyn: vnde
egreſſi venerunt i deoptha. Profectiq; de
ōptha: caſtrametati ſt i hahus: egreſſiq;
de halus: raphidim fixere tentoria: vbi
ppło defuit aq̄ ad bibendū. Profectiq;
de raphidim: caſtrametati ſunt i deſerto
ſynai. Sed r de ſolitudie ſynai egreſſi: ve
nerūt ad ſepulchra cōcupiſcētie. Profec
ti de ſepulchris cōcupiſcētie: caſtrameta
ti ſūt i aſſeroth: r de aſſeroth venerūt in
rethma. Profectiq; ō rethma: caſtrame
tati ſūt i remomphares: vñ egreſſi vene
rūt i lebna. De lebna caſtrametati ſūt in
reſſa: egreſſiq; ō reſſa venert i ceelatha.
Unde pfecti caſtrametati ſūt in monte
ſepher: egreſſi de mōte ſepher venerūt i
arada. Inde pficiſcētes caſtrametati ſt
i maceloth. Profectiq; de maceloth ve
nerūt i thaath. De thaath caſtrametati
ſūt i thare: vnde egreſſi fixere tētoria in
metcha. Et de metcha caſtrametati ſūt i
eſmona. Profectiq; de eſmona: venerūt
i moſeroth. Et ō moſeroth caſtrametati
ſūt i baneiachan. Profectiq; de baneia-
chan uenerūt in montē gadgad. Unde p
fecti caſtrametati ſūt i ietbebatha r de
ietbebatha venerunt i ebrona. Egreſſiq;
de ebrona caſtrametati ſūt i aſiongaber
inde pfecti uenerūt i deſertū ſyn. Hec ē
cades. Egreſſiq; de cades caſtrametati ſt
i mōte hor: in extremis finib' tre edom.
Aſcēditq; aarō ſacerdos i montē hor: iu
bēte dño. r ibi mortu' ē āno q̄drageſimo
egreſſiōis filiorū iſrl ex egypto mēſe quin
to p̄ die mēſis cū eſſet ānoꝝ cētū uigīti trium
Audiuitq; chananeus rex arad q habi
tabat ad meridiē: i terra chanaan uēiſſe
filios iſrl. Et pfecti de monte hor: caſtra
metati ſt i ſalmōa: vñ egreſſi venerūt in
phinō. Profectiq; de phinō. caſtrameta-
ti ſunt in oboth: r de oboth venerunt in
ieabarī: q̄ ē i finib' moabitar. Profecti-
q; ō ieabarī. fixē tētoria i dibōgad: vnde
egreſſi caſtrametati ſūt i elmōdeblatha
im. Egreſſiq; ō elmōdeblathaī: venerūt
ad montes abarim ō nabo. Profectiq; ō
mōtib' abarim. trāſierūt ad cāpeſtria mo
ab ō iordanē ō hiericho. Ibiq; caſtrame
tati ſūt de bethſimō uſq; ad belſatbi in
plānitib' locis moabitar: vbi locutus eſt
dñs ad moyſē. Precipe filijs iſrl r dic ad
eos. Qñ trāſieritis iordanē itrātes terraꝝ
chanaan: diſpdite cūctos habitatores tre il
lius: ofrigite titulos r ſtatuas ōminuite:
atq; oia excelſa uaſtate mūdātes tram r
habitantes in ea. Ego.n. dedi uob illā in poſ
ſessionē: quā diuideris uob ſōte. Plurib'
dabitis latiorē r pauciorib' anguſtiorem.
Singul'ut ſors ceciderit: ita tribuet hēre
ditas. Per trib' r fāilias poſſeſſio diuide
tur. Sin āt noluerit in fidē habitatores tre
q remanſerit: erūt uob q̄ſi claui in oculis
r lācee i lateribus r aduerſabūt uob i tra
bitationis vre. r qcqd illi cogitaueraz fa
cere: vobis faciam. XXXIIII.

Locūt' q; ē dñs ad moyſen: dicens.
Precipe filijs iſrl. r dices ad eos.
Cū ingreſſi fuerit trā chanaan r i poſſeſſi
onē vob ſōte ceciderit: bis finib' timiabit

Pars meridiana icipiet a solitudie syn:
q̄ ē iux̄ edom t hēbit tēmios ō orientem
mare salsissimū q circuibūt australē pla
gā p ascēsū scorpiōis :ita ut trāseāt i sen
nā t pueniant ad meridiē vsq; ad cades
bāne. vñ egrdiēt ofinia ad villā noie adā
t tēdēt vsq; ad semona. Ibitq; p gyr̄ ter
min⁹ ab asemōa vsq; ad torrentē egypti
t magni maris littore finiet. Plaga aūt
occidental⁹ a mari mag̃ icipiet t ipō fine
claudet. Porro ad septēntrionalez plagaz
a mari mag̃ mini icipiēt pueniētes vsq;
ad mōtē altissimū:a q̄ vēiēt a i emath us
q; ad tminos sedada:ibūtq; cōfinia vsq;
ad ebrona t villā henā. Hi erūt tmini in
pte aq̄lōis. Jñ metabūt fines ō orientalē
plagā ō villa henā. vsq; sepbama. t ō se
pbama ōscēdēt tmini i reblata ō fōtē da
phni. Jñ pueniēt ō orientē ad mare cene
reth. t tēdēt usq; iordanē. t ad ultimū sal
sissimo claudēt mari. Hāc hēbitis tram
p fines suos i circuitu. Precepitq; moy
ses filys isrl: dicēs. Hec erit tra quā pos
sidebit sōte: t quā iussit dñs dāi nouē tri
bubus t dimidie tbui Trib⁹. n. filiox ru
bē p fāilias suas t trib⁹ filiox gad iux̄ co
gnationū nūex: media q̄z trib⁹ manasse
.i due semis trib⁹ acceperūt ptē suā trās
iōdanē ō hiericō ad orientalē plagā. Et ait
dñs ad moysē. Hec sē noia uiroz q trā uo
bis diuidēt. Eleazā sacēdos t iosue filius
nun t sigli pncipes ō tribub⁹ singul⁹ q̄ruz
ista sē vocabla. De tribu iuda: caleb fili⁹
iephone. De tribu symeon: samuel filius
amiud. De tribu beniamin elidab filius
chaselō. De tribu filiox dan: bocca filius
iogli. Filiox ioseph ō tribu manasse bā
nibel fili⁹ ephot. De tribu ephraī: camu
hel fili⁹ septhā. De tribu zabulon: belisa
phā fili⁹ pharnath. De tribu isachar: dux
phaltiel fili⁹ ozā. De tribu aser: abiud fili
us salomi. De tribu neptali: phedahel fi
lius amiud. Hi sē qb⁹ pcepit dñs ut diui
derent filys isrl trāz chanaan. XXXV

Hec q̄z locut⁹ ē dñs ad moysē i cam
pestrib⁹ moab sup̄ iordanē ō hie
rico. Precipe filys isrl ut dēt leuit
ō possessionib⁹ suis vrbes ad habitāduz
t suburbana eaz p circuitū: ut ipi in op
pidis maneāt. t sburbana sint pecoribus
ac iumentis: q̄ a muris ciuitatū foris secus
p circuitū mille passuū spatio tēdēt. Lo
tra oriētē duo milia erūt cubiti t ō meri
diē siī erūt duo milia. Ad mare q̄z q̄ō re
spic occidētē: eadē mēsura ēit. t septentrio
nalis plaga eq̄li tmio finiet. Erūtq; vrbes i
medio. t forī suburbana. De ipsis āt oppi
dis q̄ leuitis dabit: sex erūt i fugitiuoruz
Post hec uidi.ꝛ ecce ostiũ apertũ in celo ꝛ uox pma quã audiui tãq̃ tube loquẽtis mecũ dicẽs. Ascẽde huc.ꝛ ostẽdã tibi q̃ oportet fieri cito.Post h̃ statim fui i spũ.Et ecce sedes posita erat i celo ꝛ supza sedẽ sedẽs.Et q̃ sedebat:similis erat aspectui lapidis iaspidis ꝛ sardinis.Et iris erat i circuitu sedis similis uisioi smaragdine Et i circuitu sedis sedilia uiginti quatuoꝛ.ꝛ supza thzonos uiginti q̃tuoꝛ seniozes sedentes circũamicti uestimẽtis albis. ꝛ i capitib⁹ eoꝝ coꝛonas aureas.Et ð thzono pcedebãt fulgura ꝛ uoces ꝛ tonitrua.ꝛ septẽ lãpades ardẽtes añ thzonũ.q̃ sũt spūs ðĩ. Et ĩspectu sedis tãq̃ mare uitreũ simile cry stallo.ꝛ i medio sedis ꝛ in circuitu sedis q̃tuor aialia plena oculis añ ꝛ retro.Et aial pmũ simile leoni.ꝛ secũdũ simile uitulo.ꝛ tciuz aial hns faciẽ q̃si hois.ꝛ q̃rtũ aial simile aqle uolãti.Et q̃tuoꝛ aialia singula eoꝝ habebãt ala senas.ꝛ i circuitu ꝛ intus plena sũt oculis.Et requiẽ nõ habebãt die ac nocte dicẽtia:scũs scũs scũs dns deus oms potẽs:qui erat ꝛ q̃ ẽ ꝛ qui uẽtur⁹ ẽ.Et cum darent illa aialia gloriã ꝛ honorẽ ꝛ bñdictionẽ sedenti sup thzonũ uiuenti in secula seculoꝝz: procidebãt uiginti quatuoꝛ seniozes ante sedẽtẽ in thzono:ꝛ adorabãt uiuentẽ in secula seculoꝝ:ꝛ amittebant coꝛonas suas ante thzonũ dicentes.Dignus es dne ðs nr accipe gliaz ꝛ honorẽ ꝛ ꝛtutẽ:qz tu creasti oia.ꝛ pp uolũtatẽ tuã erãt.ꝛ creata sũt. V

Et uidi i dextera sedẽtis supza thzonum libzũ scriptũ intus ꝛ foris:signatũ sigillis septem.Et uidi angelũ fortem predicantem uoce magna. Quis est dignus aperire libzũ.ꝛ soluẽ signacula eius? Et nemo poterat neq̃ in celo neq̃ i ẽra neq̃ subtus ẽrã aperire libzũ:neq̃ respicere illũ Et ego flebam multum: qm̃ nemo dignus inuentus ẽ aperire libzũ:nec uidẽ eũ. Et unus de seniozib⁹ dixit mihi. Ne fleueris. Ecce uicit leo de tribu iuda radix dꝫ aperire libzũ.ꝛ soluere septẽ signacula eius. Et uidi.ꝛ ecce in medio thzoni ꝛ quatuoꝛ

aialiū ⁊ in medio seniox agnū stātē tanq̄ occisū hātē cornua septē ⁊ oculos septē.q̄ sūt septē spūs dei missi i oēm trā. Et vēit ⁊ accepit de dextera sedētis i throno libz ⁊ cū aperuisset librū:q̄tuor aialia ⁊ vigiti q̄tuor seniores ceciderūt cor̄ agno habē tes singuli citharas ⁊ phialas aureas ple nas odoramētox:que sūt orōes scōx:⁊ cā tabant canticū nouū dicētes.Dign⁹ es dñe accipere librū.⁊ aperire signacla ei⁹:qm̄ oc cisus es.⁊ redemisti nos deo in sāguie tuo ex oi tribu ⁊ lingua ⁊ pplo ⁊ natōne.⁊ feci sti nos deo nr̄o regnū ⁊ sacerdotes.Et re gnabimus sup trā.Et vidi ⁊ audiui vocez angelox multox i circuitu throni ⁊ aialiū ⁊ seniox.⁊ erat numer⁹ eox milia miliū di cētiū voce magna.Dign⁹ ē agn⁹ q̄ occisus ē accipere virtutē ⁊ diuitatē ⁊ sapiaz ⁊ fortitu dinē ⁊ honorē ⁊ glōaz ⁊ bñdictionē.Et oēz creaturā q̄ i celo ē.⁊ sup trā ⁊ sb̄ tra:⁊ q̄ sūt i mari ⁊ que i eo:oēs audiui dicētes sedēn ti i throno ⁊ agno.Benedictio ⁊ honor et gloria ⁊ ptās i secula seculox.Et q̄tuor aia lia dicebant.Amen.Et viginti quatuor se niores ceciderunt in facies suas.⁊ adora uerunt viuentem in secula seculox. VI

Et vidi cū aperuisset agn⁹ vnū ō sep tē sigillū.⁊ audiui vnū ō q̄tuor aiali bus dicēs tāq̄ voce tonitrui.Veni ⁊ vide.Et vidi.⁊ ecce equ⁹ alb⁹.⁊ q̄ sedebat sup illū habebat arcū.⁊ data ē ei corona. ⁊ exiuit vincēs vt vicēt.Et cū aperuisset si gillū secūdū:audiui secūdū aial dicēs.Ue ni.⁊ vide.Et exiuit ali⁹ equ⁹ rufus.⁊ q̄ sede bat sup illū.datū ē ei vt sumeret pacē de tra.⁊ ut inuicē se īmēficiāt.⁊ dat⁹ ē ei gladi⁹ magn⁹.Et cū aperuisset sigillū tertiū:audi ui triū aial dicēs.Veni ⁊ vide.⁊ ecce equ⁹ niger.⁊ q̄ sedebat sup illū.habebat state rā i mānu sua.Et audiui tāq̄ vocē i medio q̄tuor aialiū dicētiū.Bilibris tritici dena rio vno.⁊ tres bilibres ordei denario vno ⁊ vinū ⁊ oleū ne leseris.Et cū aperuisset si gillū q̄rtū.audiui vocē q̄rti aial dicēt.Ue ni ⁊ vide.Et ecce equus pallidus.⁊ q̄ sede bat sup eū nomē illi mors.⁊ infern⁹ sequeba tur eū.Et data ē illis ptās sup q̄tuor ptes tre:i terficē gladio fame ⁊ morte ⁊ bestijs tre. Et cū aperuisset sigillū qntū:vidi subt⁹ altā re alas īterfectox pp̄ vbū dei.⁊ pp̄ testimo nium qđ habebāt.Et clamabāt voce ma gna dicentes.Usq̄q̄ dñe scūs ⁊ verus nō iudicas.⁊ nō vindicas sāguinē nr̄z de his q̄ habitant i tra?Et date sūt illis singule stole albe.⁊ dictū ē illis ut requiescerēt tps adhuc modicū:donec cōpleāt cōserui eox ⁊ frēs eox q̄ interficiendi sūt sic̄ ⁊ illi.Et vidi cū ape ruisset sigillū sextū.⁊ ecce tremot⁹ magn⁹ fact⁹ ē.Et sol fact⁹ ē niger tanq̄ saccus cilici nus.⁊ luna tota facta ē sicut sāguis.⁊ stel le de celo ceciderūt sup terrā sic̄ ficus emit tit grossos suos cū a vento magno moue tur.Et celū recessit sicut liber involutus.et oīs mōs ⁊ insule de locis suis mote sūt.Et reges terre ⁊ principes ⁊ tribuni ⁊ diuites ⁊ fortes ⁊ oīs seruus ⁊ liber abscōderūt se i spelūcis ⁊ i petris mōtiū.⁊ dicūt mōtib⁹ ⁊ petris.cadite sup nos.⁊ abscōdite nos a fa cie sedētis sup throni.⁊ ab ira agni:qm̄ ve nit dies magn⁹ ire ipox.Et qs poterit stare?

Post hec vidi q̄tuor āgelos stā VII tes sup q̄tuor āgulos tre:tenētes q̄ tuor ventos tre ne flarēt sup tram neq̄ sup mare.neq̄ in vllā arborē.Et vidi alterū āgelū ascēdētē ab ortu solis hātē si gnū dei viui:⁊ clamauit voce magna qua tuor angelis qbus datū ē nocere tre ⁊ ma ri.dicēs. Nolite nocere tre ⁊ mari neq̄ ar boribus:q̄adusq̄ signem⁹ seruos dei nr̄i i frōtib⁹ eox.Et audiui numerum signatorū cen tū quadraginta quatuor milia signati ex oi tribu filioz isrl.Ex tribu iuda:duodeci milia signati.Ex tribu rubē duodecim mi lia signati.Ex tribu gad duodecim milia signati.Ex tribu aser:duodecim milia sīgti. Ex tribu neptalim:duodecim milia signati. Ex tribu manasse:duodecim milia signati. Ex tribu symeon:duodecim milia signati. Ex tribu leui:duodecim milia sīgti.Ex tri bu ysachar:duodecim milia signati.Ex tri bu zabulon:duodecim milia signati.Ex tri bu ioseph:duodecim milia signati.Ex tribu beniamin:duodecim milia signati.Post hec vidi turbā magnā quā dinumerare nēo poterat ex oibus gēnib⁹ ⁊ tribub⁹ ⁊ pplis ⁊ liguis.stantes añ thronū ⁊ i cōspectu agni amicti stolis albis.⁊ palme i mānibus eox Et clamabāt voce magna dicētes.Salus deo nostro:qui sedet super thronū ⁊ agno Et oēs angeli stabant in circuitu throni ⁊ seniorum ⁊ quatuor aialium.⁊ ceciderūt in conspectu throni in facies suas.⁊ ado rauerunt deū dicētes.Amen.Bñdictio et claritas ⁊ sapientia ⁊ grāraz actio.honor

ꝛ virtus ꝛ fortitudo deo nr̄o in secla seculoꝝ amē. Et rñdit vn⁹ ex ꝛ seniorib⁹ ꝛ dixit mihi Hi q amicti sūt stol albis: q sūt ꝛ vñ venerūt? Et dixi illi. Dñe mi tu scis. Et dixit mihi. Hi sūt q venerūt de tribulatiōe mag̃: ꝛ lauerūt stolas suas. ꝛ dealbauerūt eas in sanguie agni. Ideo sūt añ thronū dei. ꝛ seruiūt ei die ac nocte in templo ei⁹. ꝛ q sedet in throno habitabit sup illos. Nō esurient neq; sitient ampli⁹ neq; cadet sup illos sol neq; vllus est⁹ qm̃ agn⁹ q in medio throni ē reget illos. ꝛ deducet eos ad vite fontes aq̃rum. et absterget deus oēm lachrymā ab oculis eoꝝ

Et cū aperuisset sigillū septimū: VIII factū ē silentiū in celo q̃si media hora. Et vidi septē ãgelos stantes in ꝯspectu dei. ꝛ date sūt illis septē tube. Et alius ãgel⁹ venit ꝛ stetit añ altare hās thuribulū aureū. ꝛ data sūt illi incēsa multa ut daret de orōnib⁹ scōꝝ oīuꝫ sup altare aureum q̃d ē ãte thronū dei. Et ascēdit fum⁹ incensoꝝ de orōnib⁹ scōꝝ de manu angeli coram deo. Et accepit ãgel⁹ thuribulū. ꝛ implevit illud de igne altaris ꝛ misit in trā ꝛ facta sūt tonitrua ꝛ voces ꝛ fulgura ꝛ tremot⁹ magnus ꝛ septē ãgeli q hēbãt septē tubas ꝓparauerūt se: ut tuba canerēt. Et ꝑm⁹ angelus tuba cecinit. Et facta ē grādo ꝛ ignis mixta in sãguie. ꝛ missū ē in trā. Et tertia ps terre cōbusta ē. ꝛ tertia ps arboꝝ ꝛ cremata ē. et oē fenū viride ꝛ ustū ē. Et secūd⁹ ãgelus tuba cecinit: ꝛ tāq̃ mōs magn⁹ igne ardēs missus ē in mare. Et facta ē tertia ps maris sãguis: ꝛ mortua ē tertia ps creature eoꝝ q̃ habebãt aias in mari: ꝛ tertia ps nauiū iteriit. Et tert⁹ ãgel⁹ tuba cecinit. ꝛ cecidit de celo stella magna ardēs tāq̃ facula. Et cecidit in tertiã ptē fluminū ꝛ in fōtes aquaꝝ ꝛ nomē stelle dicit absinthiū. Et facta ē tertia pars aquaꝝ in absinthiū. ꝛ multi hominū mortui sūt de aquis q̃s amare facte sūt. Et q̃rt⁹ ãgelus cecinit. ꝛ percussa ē tertia ps solis ꝛ tertia ps lune ꝛ tertia ps stellaꝝ: ita ut obscuraret tertia ps eoꝝ. ꝛ diei nō lucēt ps tertia. ꝛ nocti similiter. Et vidi ꝛ audiui vocē vni⁹ aquile volãtis p mediū celi dicentis voce mag̃. Ue ve ve habitãtib⁹ in trā. de ceteris vocib⁹ trium angeloꝝ qui erant tubā canituri. IX

Et qnt⁹ ãgelus tuba cecinit. ꝛ vidi stellã de celo cecidisse in trā. ꝛ data ē ei clauis putei abyssi. ꝛ apuit puteū abyssi. ꝛ ascēdit fumus putei sicut fumus fornacis magne. ꝛ obscuratus ē sol ꝛ aer de fumo putei. Et de fumo putei exierūt locuste in trā. ꝛ data ē illis potās sicut habent potestatē scorpiōes tre. Et ꝓceptū ē illis ne lederēt fenū trē neq; oē viride neq; oēm arborē: nisi tm̃ homines q nō hãt signū dei in frontibus suis. Et datū ē illis ne occiderent eos sed vt cruciarēt mēsib⁹ quinq;. Et cruciat⁹ eoꝝ ut cruciat⁹ scorpij cū percutit hominē. Et in diebus illis querēt homines mortē. ꝛ nō inuenient eā: ꝛ desiderabūt mori. ꝛ fugiet mors ab eis. Et similitudines locustaꝝ similes equis ꝓparatis in ꝓliū. ꝛ sup capita earū tanq̃ coronē similes auro. ꝛ facies earū sicut facies hominū. Et habebãt capillos sicut capillos mulieꝝ. ꝛ dentes earū sicut dentes leonū erãt. Et habebãt loricas sicut loricas ferreas. ꝛ vox alarum earū sicut vox curruū equorū multorū currentium in bellū. Et habebãt caudas similes scorpionū. ꝛ aculei erãt in caudis earū ꝛ potās earū nocē hominib⁹ mēsib⁹ quinq;. Et habebãt super se regē ãgelū abyssi: cui nomē hebraice abaddon. grece ãt apollion. ꝛ latine hās nomē exterminās. Ue vnū abiit. ꝛ ecce veniunt adhuc duo ve post hec. Et sext⁹ ãgel⁹ tuba cecinit. ꝛ audiui vocē vnã ex quatuor cornib⁹ altaris aurei q̃d ē añ oculos dei. dicētē sexto angelo q habebat tubã. Solue q̃tuor ãgelos q alligati sūt in flumie magno eufraten. Et soluti sūt q̃tuor ãgeli q parati erãt in horã ꝛ die ꝛ mēse ꝛ ānū ut occiderēt tertiã ptē hoiuꝫ. Et nūer⁹ eq̃stris exercit⁹ vicies milies dena milia. ꝛ audiui numerū eoꝝ. Et ita vidi eos in visiōe. ꝛ q sedebant sup eos. habebant loricas igneas ꝛ hyacithinas ꝛ sulpbureas. ꝛ capita equoꝝ erãt tāq̃ capita leonū. ꝛ de ore eoꝝ procedit ignis ꝛ fum⁹ ꝛ sulphur. Et ab his tribus plagis occisa ē tertia ps hoiuꝫ: de igne ꝛ de fumo ꝛ sulphure q̃ procedebãt ex ore ipoꝝ. Potās. n. eq̃rum in ore eoꝝ ē ꝛ in caudis eorum. Nam caude eoꝝ similes serpēti⁹ hãtes capita. ꝛ in his nocēt. Et ceteri homines q nō sūt occisi in his plagis neq; pñiam egerunt de operibus manuū suaꝝ ut nō adorarēt dēmonia ꝛ simulacra aurea ꝛ argentea ꝛ erea ꝛ lapidea et lignea: q̃ neq; videre pñt neq; audire neq; ãbulare. ꝛ nō egerūt pñiam ab homicidys suis. neq; a veneficys suis. neq; a fornicatōe sua. neq; a furtis suis. X

Et vidi aliū angelū fortē descendentē de celo amictū nube: ꝛ iris in ca-

pite eius. Et facies ei⁹ erat ut sol: r pedes eius tāq̄ colūna ignis. Et hēbat in manu sua libellū aptū. r posuit pedē suū dextrū sup̄ mare: sinistrū aūt sup̄ terrā. r clamauit voce magna quēadmodū cū leo rugit Et cū clamasset: locuta sūt septē tonitrua voces suas. Et cū locuta fuissent septē tonitrua voces suas. r ego scriptur⁹ erā. Et audiui vocē de celo dicētē mihi. Signa q̄ locuta sūt septē tonitrua. r noli ea scribere. Et āgel⁹ quē vidi stātē sup̄ mare r sup̄ trā leuauit manū suā ad celū. r iurauit p viuētē i secula seculoz̄ q̄ creauit celū r ea q̄ i eo sūt. r trā r ea q̄ in ea sūt. r mare r ea q̄ in eo sūt. qz tps nō erit amplū: sz in diebus vocis septimi angeli cū ceperit tuba canere cōsūmabit mysteriū dei sic euāgelizauit p seruos suos pphas. Et audiui vocē de celo iterū loquētē mecū r dicētē. Uade r accipe libellū aptū de mānu āgeli stātis sup̄ mare r sup̄ trā. Et abij ad āgelū dicens ei: vt daret mihi libellū. r dixit mihi. Accipe libellū. et devora illū. r faciet amaricari ventrē tuū sz in ore tuo erit dulce tāq̄ mel. Et accepi libellū de mānu āgeli r devorauī illū. r erat in ore meo tāq̄ mel dulce. Et cū devorassem eū: amaricat⁹ est venter meus. Et dixit mihi. Oportet te iterū pphare gētib⁹ r pplis r linguis r regibus multis. XI

Et datus est mihi calamus similis virge r dictū est mihi. Surge r metire templum dei r altare. r adorātes in eo. Atrium aūt qđ est foris templū eiice foras. r ne metiaris illud: quia datū est gētib⁹. Et ciuitatē sanctā calcabūt mēsib⁹ q̄dragintaduobus. Et dabo duob⁹ testib⁹ meis. r pphabūt diebus mille ducentis sexagintā amicti saccis. Hi sunt due olive r duo cādelabra in conspectu dñi trā stātes. Et si q̄s voluerit eos nocē. ignis exiet de ore eorum. r devorabit inimicos eoz̄. et si q̄s voluerit eos ledē: sic oportet eū occidi. Hi hēnt ptātē claudēdi celum ne pluat diebus pphetie illoz̄. r ptātez hēnt sup̄ aquas vertēdi eas in sanguinē. r percutere trā omni plaga q̄tiēscūq̄ voluerint. Et cū finierint testimoniū suū bestia q̄ ascēdit de abysso faciet aduersus eos bellū. r vincet illos. r occidet eos. Et corpa eoz̄ iacebūt in plateis ciuitatis magne. q̄ vocat spiritalit sodoma r egypt⁹. vbi r dñs eoz̄ crucifix⁹ est. Et videbūt de tribubus r populis r linguis r gētib⁹ corpa eoz̄ p tres dies r dimidiū. r corpa eoz̄ nō sinēt poni in monumētis. Et habitātes trā gaudebūt sup̄ illos r iocūdabūt. r mūera mittēt inuicē: qm̄ hi duo pphe cruciauerūt eos q̄ habitabāt sup̄ trā. Et p⁹ dies tres r dimidiū spūs vite a deo intrauit in eos. Et steterūt sup̄ pedes suos. r timor magn⁹ cecidit sup̄ eos q̄ viderūt eos. Et audierūt vocē magnā de celo dicētē eis. Ascēdite huc. Et ascenderūt in celū in nube. r viderūt illos inimici eorū. Et in illa hora facta est tremor magn⁹. r de cia ps ciuitatis cecidit. Et occisa sunt in tremotu nomia hominū septē milia. r relig⁹ in timorē sunt missi. r dederūt gloriā deo celi. Ue vn abyt r ecce ve tertiū venit cito. Et septim⁹ angel⁹ tuba cecinit. r facte sunt voces magne in celo dicētes. Factū est regnū h⁹ mūdi dñi nri et xpi ei⁹. r regnābit in secla seclorū. amē. Et vigintiquatuor seniores q̄ in conspectu dei sedent in sedibus suis. cecidērūt in facies suas. r adorauerūt deū dicētes. Gras agimus tibi dne deus nr̄ omnipotens q̄ es r q̄ eras r q̄ venturus es: qz accepisti virtutē tuā magnā r regnasti. Et irate sunt gētes. r aduenit ira tua. r tps mortuoz̄ iudicari. r reddere mercedē suis famulis tuis pphis r sanctis r timētib⁹ nomē tuū, pusillis r magnis r exterminādi eos q̄ corrumpūt trā. Et aptū est templū dei in celo. r visa est archa testi ei⁹ in templo eius. Et facta sunt fulgura r voces r terre motus r grando magna. XII

Et signū magnum apparuit in celo. Mulier amicta sole. r lūa sub pedib⁹ ei⁹. r in capite ei⁹ corona stellaz̄ duodeci. Et in vtero hēns. r clamabat parturiēs et cruciat⁹ ut pariat. Et visū est aliud signū in celo. Et ecce draco magn⁹ rufus habēs capita septē r cornua decē. r in capitib⁹ suis septē diademata. r cauda eius trahebat tertiā partē stellaz̄ celi r misit eas in terrā. Et draco stetit ante mulierē q̄ erat paritura: ut cū peperisset filiū eius devoraret. Et peperit filiū masculū. q̄ recturus erat oēs gētes in virga ferrea. Et raptus est filius eius ad deum r ad thronum eius. r mulier fugit in solitudinē vbi hēbat locum paratū a deo: ut ibi pascat eā dies mille ducentis sexagintā. Et factū est prelium magnū in celo. Michael r āgeli eius pliabāt cū draconē r draco pugnabat r āgeli eius. r nō ualuerūt neq̄ loc⁹ inuentus est eoz̄ amplius in celo. Et proiect⁹ est draco ille magn⁹: serpēs antiquus q̄ vocat diabolus r satanas. q̄ seducit vniuersū orbē r proiect⁹ est in trā. r āgeli eius cū illo missi sunt. Et audiui vocē magnā in celo dicētē. Nūc facta est salus r virtus r regnū dei nostri r ptās xpi

ei⁹: qz piect⁹ ē accusator fratrū nr̄oz q accusabat illos añ ꝺspectū dei nr̄i die ac nocte z ipsi vicerūt eū pp sāguinē agni. z pp ⁊bū testimony sui. z nō dilexerūt aias suas vsq; ad mortē. ꝓpkea letamini celi z q habitat⁹ i eis. Ue tre z mari. qz descēdit diabol⁹ ad vos hās irā magnā. scīēs q; modicū tp̄s hz. Et postq̄ vidit draco q; piectus eēt i tr̄ā p̄secut⁹ ē mulierē q̄ pepit masculū. Et date sūt mulieri ale due aquile magne vt volaret i desertū i locū suū vbi alit̄ p tp̄s z tp̄a z dimidiū tp̄is a facie ꝟpentis. Et misit serpēs ex ore suo p⁹ mulierē aquā tāq̄ flumē. vt eā facēt trahi a flumine. Et adiuuit tr̄a mulierē. z apuit tr̄a os suū z absorbuit flumē qō misit draco de ore suo. Et irat⁹ ē draco i mulierē z abyt facere p̄liū cū reliqs de semie ei⁹ q custodiunt mādata dei. z hñt testimoniū ihu xpi Et steti⁹ super arenam maris. XIII

ET vidi de mari bestiā ascēdentem hñtē capita septē z cornua decē. et sup cornua e⁹ decē diademata. z super capita eius noia blasfemie. Et bestia quā vidi silis erat pardo. z pedes e⁹ sic̄ pedes vrsi. z os ei⁹ sic̄ os leōis. Et ōdit illi draco ⁊rutē suā z ptātē magnā. Et vidi vnū de capitib⁹ suis q̄si occisū in mortē z plaga mort⁹ ei⁹ curata ē. Et āmirata ē vniuersa tr̄a p⁹ bestiā Et adorauerūt draconē q ōdit ptātē bestie. z adorauerūt bestiā dicentes. Quis silis bestie. z q̄s potit pugnāe cū ea? Et datū ē ei os loquēs magn̄ z blasfemias. z data ē ei ptās facē mēses q̄dragintaduos Et apuit os suū i blasfemias ad deū blasfemare nomē ei⁹ z tabnaculū ei⁹. z eos q i celo habitāt Et ē datū illi bellū facē cū sanctis. z vicē eos. Et data ē illi ptās i oēz tribū z pplz z liguā z gētē. z adorauerūt eā oēs q nō habitabāt tr̄ā q̄z ñ sūt scripta noia i libro vite agni q occisus ē ab origie mundi. Si qs hz aurē audiat. Qui i captiuitatē dux erit. i captiuitatē vadet. q i gladio occiderit oportet eū gladio occidi. Hic ē patiētia z fides scōz. Et vidi aliā bestiā ascēdētē ō tr̄a. z hēbat cornua duo silia agni. Et loqbatur sic̄ draco. Et ptātē p⁹ bestie oēz faciebat i ꝺspectu eius. z fec tr̄ā z habitātes i ea adorare bestiā primā. cui⁹ curata ē plaga mort⁹. Et fec signa magn̄. ut ēt ignē facēt ō celo descēdē i tr̄ā i ꝺspectu hoīz. Et seduxit habitātes i tr̄a pp signa q̄ data sūt illi facē i ꝺspectu bestie dicēs habitātib⁹ i tr̄a ut faciāt imaginē bestie q̄ hz plagā gladij z vixit. Et datū ē illi vt daret spīm imagini bestie. z ut loq̄t imago bestie. z faciet ut q̄cūq; nō adorauerit imaginē bestie. occidat. Et faciet oēs pusillos z magnos z diuites z paupes z liberos z seruos habē caracterē in dextra mānu aut i frōtib⁹ suis. z ne q; posset emē aut vēdere. nisi q hēat caracterē. aut nom̄ bestie. aut nūer⁹ noiet⁹. Hic sapia ē. Qui hz intellectū ꝺputet nūer⁹ bestie. Numerus enim hominis est z numerus eius sexcenti sexagintasex. XIIII

ET vidi. z ecce agn⁹ stabat sup mōtē syon. z cū eo centū q̄dragīta q̄tuor milia hñtes nomē ei⁹ z nomen p̄ris ei⁹ scriptū i frōtib⁹ suis. Et audiui vocē de celo tāq̄ vocē aq̄r multar̄ z tāq̄ vocē tonitrui magni. z vocē quā audiui sic̄ citharedor̄ citharizāt⁹ i citharis suis. Et cantabāt q̄si cāticū nouū añ sedē z añ q̄tuor aialia z seniores. z nemo poterat dicē cāticū nisi illa cētū q̄dragintaq̄tuor milia q empti sūt de tr̄a. Hi sūt q cū mulieribus nō sūt coinquinati. ⁊gines. n. sūt. Hi sequūt agnū q̄cūq; ierit. Hi empti sūt ex oīb⁹ ꝓmitie deo z agno. z i ore eor̄ nō ē inuētū mēdaciū. Sine macula. n. sūt añ thronū dei. Et vidi alterū āgelū volātē p mediū celū hñtē euāgeliū eternum vt euangelizaret sedētib⁹ sup tr̄ā z sup oēz gētē z tribū z linguā z pplz dicēs magna voce. Timete dñm. z date illi honorē: qz vēit hora iudicij ei⁹. z adorate eū q fecit celū z tr̄ā. mare z fōtes aq̄r. Et ali⁹ angel⁹ secut⁹ ē dicēs. Cecidit. cecidit babylō illa magna. q̄ a vino ire fornicatōis sue potauit oēs gētes. Et tri⁹ ā̄gel⁹ secut⁹ ē illos. dicēs voce magna. Si qs adorauerit bestiā z imaginē ei⁹. z accepit caracterē i frōte sua aut i mānu sua. hic bibet de vino ire ei⁹ qui mixtū ē mero i calice ire ip̄i⁹. Et cruciabit⁹ igne z sulpbure i ꝺspectu ā̄gelorū scōr. z añ ꝺspectū agni. Et fum⁹ tormēt⁹ eor̄ ascēdet i secla seclor̄. Nec hñt requiē die ac nocte q adorauerūt bestiā z imaginē e⁹: z si q̄s acceperit caracterē nois e⁹. Hic patiētia scōr ē q custodiūt mādata dei z fidē ihu. Et audiui vocē de celo dicētem mihi. Scribe. Bti mōtui q i dño mōiūt. Amodo iā dic spūs vt requescāt a laborib⁹ suis. Opa. n. illor̄ sequūt illos. Et vidi. z ecce nubē cādidā z sup nubē sedētē silē filio hoīs

bñtē i capite suo cozonā aureā ⁊ i mānu sua falcē acutā. Et ali⁹ āgel⁹ exiuit ō tēplo. clamās uoce magna ad sedentē sup nubem. Mitte falcē tuam ⁊ mete. qz uēit hora vt metat: qñ aruit messis tre. Et misit q sedebat sup nubē falcē suā i terrā. ⁊ messuit eā. Et ali⁹ āgel⁹ exiuit de tēplo qđ ē i celo. hns ⁊ ipe falcē acutā. Et ali⁹ āgel⁹ exiuit ō altari q habebat ptātē sup ignē. ⁊ clamauit voce magna ad eū q habebat falcem acutam dicēs. Mitte falcē tuā acutā. ⁊ vindemia botros vinee terre: qñ mature sūt uue ei⁹. Et misit āgel⁹ falcē suā acutā i trā ⁊ vindemiauit vineā tre. ⁊ misit i lacū ire dei magnū. Et calcat⁹ ē lac⁹ ex ciuitatē. et exiuit sāguis de lacu vsq; ad frenos equorum per stadia mille sexcenta. XV

ET vidi aliud signū i celo magnū et mirabile: āgl̄os septē hñtes plagas septē nouissimas. qñ i illis cōsūmata ē ira dei. Et vidi tāq; mare vitreū mixtū igne. ⁊ eos q vicerūt bestiā ⁊ imaginē ei⁹. ⁊ numerū nois ei⁹ stātes supra mare vitreū. hñtes citharas dei. ⁊ cātātes cantici moysi serui dei. ⁊ cāticū agni dicentes. Magna ⁊ mirabilia sūt opa tua dñe deus oipotēs: iuste ⁊ vere sūt vie tue dñe rex seculoꝝ. Quis nō timebit te dñe. ⁊ magnificabit nomē tuū? Quia sol⁹ pi⁹ es: qñ oēs gētes venient ⁊ adorabūt i cōspectu tuo. qñ iudicia tua manifesta sūt. Et p̄ hec vidi. ⁊ ecce aptū ē tēplū tabnacul testionȳ i celo. Et exierūt septē āgeli hñtes septē plagas de tēplo. vestiti lapide mūdo ⁊ cādido. et pcincti circa pectora zonis aureis. Et vnū ō q̄tuor aialiū dedit septē āgel⁹ septez phialas aureas plenas iracūdie dei viuēti i seculā seculoꝝ. Et iplerū ē tēplū dei fumo a maiestate dei. ⁊ de virtute ei⁹. ⁊ nemo poterat introire in tēplū donec cōsūmarēt septem plage septem angelorum. XVI

ET audiui vocē magnā ō tēplo dicētē septē āgel⁹. Ite ⁊ effūdite septem phialas ire dei i trā. Et abyt p̄mus āgel⁹ ⁊ effudit phialā suā i trā. ⁊ fact⁹ ē vulnus seuū ⁊ pessimū i hoies q habebāt caracterē bestie. ⁊ in eos q adorauerūt bestiam ⁊ imaginē ei⁹. Et secūdus āgel⁹ effudit phialā suā i mare. ⁊ fact⁹ ē sāguis tāq; mortui. ⁊ oīa aīa viuēs mortua ē i mari. Et tertⁱ effudit phialā suā sup flumia ⁊ sup fontes aq̄ꝝ. ⁊ fact⁹ ē sāguis. Et audiui āgelum aq̄ꝝ dicētē. Just⁹ es dñe q es ⁊ q eras scūs q hec iudicasti: qz sāguinē scōꝝ ⁊ pp̄haꝝ effuderūt. ⁊ sāguinē eis ō disti bibē. Digni .n. sūt. Et audiui altere dicētē. Etiā dñe deus oipotēs: vera ⁊ iusta iudicia tua. Et q̄rtus āgel⁹ effudit phialā suā i solē ⁊ datū ē illi estu affligē hoies ⁊ igni. Et estuauerūt homines estu magno. ⁊ blasphemauerūt nomē dī hñtis ptātē sup has plagas. nec egerūt pñiaz ut darēt illi gl̄iaz. Et qnt⁹ āgel⁹ effudit phialā suā sup sedē bestie: ⁊ factū ē regnū ei⁹ tenebrosū. ⁊ cōmanducauerūt lingnas suas p̄ dolore. ⁊ blasphemauerūt deū celi p̄ dolorib⁹ ⁊ vulneribus suis. ⁊ nō egerūt pñiaz ex opib⁹ suis. Et sext⁹ āgel⁹ effudit phialā suā i flumē illō magnū eufratē. ⁊ siccauit aquā ei⁹. vt p̄pararet via regib⁹ ab ortu sol. Et vidi de ore draconis ⁊ ō ore bestie ⁊ de ore pseudo ppe exire spūs tres imundos i modū ranaꝝ. Sūt .n. spūs dēmoniozuꝫ faciētes signa. ⁊ pcedūt ad reges totī⁹ trē congregare illos i pliū ad diē magnū oipotētis dei. Ecce vēio sicut fur. Beat⁹ q uigilat ⁊ custodit uestimēta sua ne nud⁹ ābulet. et uideāt turpitudinē ei⁹. Et congregauit illos i locū q uocat hebraice hermagedon. Et septim⁹ āgel⁹ effudit phialā suā i aerē. et exiuit vox magna de tēplo a throno dicēs. Factū ē. Et facta sūt fulgura ⁊ uoces ⁊ tonitrua. ⁊ tremotus fact⁹ ē magn⁹ qlis nō fuit ex q̄ hoies fuerūt sup trā tal⁹ terremotus sic magn⁹. Et facta ē ciuitas magna i tres ptes. ⁊ ciuitates gētiū cecidēt. Et babylon magna uēit i memoriā añ deū. dāre illi calicē uini idignatōis ire ei⁹. Et oīs īsula fugit. ⁊ mōtes nō sūt inuēti. Et grando magna sicut talēta descēdit ō celo i hoies. ⁊ blasphemauerūt hoies deū pp̄ plagā grādinis: qñ magna facta ē uehemēt. XVII

ET uēit un⁹ de septē āgel⁹ q habebāt septē phialas. ⁊ locut⁹ ē mecū dicēs. Uem ⁊ ostēdā tibi dānationē meretricis magne que sedet sup aquas mltas cū qua fornicati sūt reges terre: ⁊ inebriati sūt q̄ habitāt trā de uino pstitutōis ei⁹. Et abstulit me i spū i desertū. Et vidi mulierē sedētē sup bestiā coccineā plenā nois blasphemie: hñtē capita septē ⁊ cornua decē. Et mulier erat circūdata purpura ⁊ coccino ⁊ inaurata auro ⁊ lapide pciosō ⁊ margaritis. hns poculū aureū i mānu sua plenū abhominatōe ⁊ imūditia fornicatiōis ei⁹

Et i frōte ei⁹ nomē scriptū mysteriū baby
lō mag̃: mr̃ fornicationū ⁊ abhominatio
nū tre. Et vidi mulierē ebriā de sāguie sā
ctorū. ⁊ ō sāguie martyx ihu. Et mirat⁹ sū
cū viderē illā āmiratōe mag̃. Et dixit mi
bi āgel⁹. Quāe mirar̃? Ego dicā tibi sacr̃z
mulier̃ ⁊ bestie q̄ portat eam. q̄ hz capita
septē ⁊ cornua decē. Bestia quā vidisti fu
it ⁊ ñ ē. ⁊ ascēsura ē ō abyssō. ⁊ i interitū ibit
⁊ mirabūt habitātes trā q̄x nō st̄ scripta
noīa i libro vite a ōstitutōe mūdi videntes
bestiā q̄ erat. ⁊ nō ē. Et h̄ ē sēsus: q hz sapi
ētiā. Septē capita septē mōtes sūt: sup q̄s
mulier sedet. ⁊ reges septē sūt. Quiq̄ ceci
derūt. vn⁹ ē. ⁊ ali⁹ nōdū vēit. Et cū venerit
oportet illuz breue tp̄s manē. Et bestia q̄
erat ⁊ ñ ē ⁊ ip̄a octaua ē. ⁊ de septē ē. Et i in
teritū vadet. Et decē cornua q̄ vidisti: decez
reges sūt q regnū nōdū accepūt. sz ptātez
tāq̄ reges vna hora accipiēt p⁹ bestiā. Hi
vnū cōsiliū hāt. ⁊ virtutē ⁊ ptātē suā bestie
tradēt. Hi cū agno pugnābūt. ⁊ agn⁹ uicet il
los: qm̄ dn̄s dn̄oz̄ ē. ⁊ rex regū. ⁊ q cū illo
sūt vocati ⁊ electi ⁊ fideles. Et dixit mihi.
Aq̄s q̄s vidisti vbi meretrix sedet. pplī sūt
⁊ gētes ⁊ lingue. ⁊ decē cornua q̄ vidisti i be
stia hi odiēt fornicariā. ⁊ desolatā faciēt il
lā ⁊ nudā. ⁊ carnes ei⁹ mānducabūt. ⁊ ipam
igni cremabūt. Deꝰ. n. dedit i cordā eoz vt
faciāt q̄ placitū ē illi vt dēt regnū suum
bestie dōec cōsumēt̄ verba dī. Et mulier quaz
vidisti ē civitas mag̃ q̄ hz regnū sup reges trē

Et p⁹ hec vidi alterū āgelū descēdētē de celo. hāntē ptātē magnaz
⁊ tra illumiata ē a gl̄ia ei⁹. Et exclamauit i fortitudie dicens. Decidit decidit
babylō mag̃. ⁊ facta ē habitatio demoniorū
⁊ custodia oīs spūs imūdi. ⁊ custodia oīs
volucr̄ imūde ⁊ odibilis: qr̄ ō vino ire forni
catōis ei⁹ bibēt oēs gētes. Et reges trē cū
illa fornicati sūt. ⁊ mercatores trē ōvirtute
delitiaz ei⁹ diuites facti sūt. Et audiui aliā
vocē de celo dicētē. Exite de illa pplūs me⁹
⁊ ne pticipes sitis ōlictoz ei⁹. ⁊ de plagis ei⁹ ñ
accipiatis. Qm̄ puenerūt pcā ei⁹ vsq̄ ad ce
lū. ⁊ recordat⁹ ē dn̄s iniquitatū ei⁹. Reddite il
li sicut ⁊ ip̄a reddidit vob. ⁊ duplicate dupli
cia scz opa ei⁹. In poculo q̄ miscuit vob mi
scete illi duplū. Quātū glōrificauit se ⁊ i dēli
tijs fuit tātū date illi tormētū ⁊ luctū. qr̄ i
corde suo dicit. Sedeo regina. ⁊ vidua ñ sū
⁊ luctū ñ videbo. Jō i vna die vēient plage
ei⁹. mors ⁊ luct⁹ ⁊ fames. ⁊ igne cōburet̄: qr̄
fort̄ ē dn̄s q iudicabit illā. Et flebūt ⁊ plan
gēt se sup illā reges trē q cū illa fornicati
sūt. ⁊ delitijs vixerūt cū viderint fumū icē
dij ei⁹. lōge stātes pp timorē tormētoz ei⁹
dicētes. Ve ve civitas illa mag̃ babylō. ci
uitas illa fort̄ qm̄ una hōa venit iudiciū tu
uz. Et negociatores trē flebūt ⁊ lugebunt
sup illā: qm̄ merces eoz nēo emet amplī⁹
merces auri ⁊ argēti ⁊ lapidis pciosi ⁊ mar
garite ⁊ byssi ⁊ purpure ⁊ serici ⁊ cocci. et
oē lignū thinū. ⁊ oīa vasa ebor̄ ⁊ oīa vasa
de lapide pciosō ⁊ eramēto ⁊ ferro ⁊ mar
more. Et cynnamomū ⁊ amomū ⁊ odora
mentoz ⁊ vnguēti ⁊ thurīs ⁊ vini ⁊ olei ⁊ si
mile ⁊ tritici ⁊ iumētoz ⁊ ouiū ⁊ equoz et
rhedaz ⁊ mācipioz ⁊ animaz hoīz. Et poma
desiderij aīe tue discesserūt a te. ⁊ oīa pin
guia ⁊ pclara pierūt a te ⁊ ampli⁹ illa iā nō i
uenient mercatores hoīz. Qui diuites fac
ti sūt ab ea. lōge stabūt pp timorē tormē
toz ei⁹. flētes ac lugētes ⁊ dicētes. Ve ve ci
uitas illa mag̃ q̄ amicta erat byssō ⁊ pur
pura ⁊ cocco ⁊ deaurata ē auro ⁊ lapide p
cioso ⁊ margarit̄: qm̄ una hora desolata
tāte diuitie. Et oīs gubnator ⁊ oēs q i lacū
nauigāt ⁊ naute ⁊ q i mari operāt lōge ste
terūt. ⁊ clamauerūt videntes locū incēdij ei⁹
dicētes. Que s̄ ci⁹ civitati huic magne? Et
miserūt pulverē sup capita sua. ⁊ clamaue
rūt flētes ⁊ lugētes. dicētes. Ve ve civitas
illa mag̃ in q̄ diuites facti sūt oēs q hābant
naues i mari de pcijs ei⁹: qm̄ una hora de
solata ē. Exulta sup eā celū ⁊ sci apli ⁊ p
phē: qm̄ iudicauit dn̄s iudiciū vr̄z ō illa. Et
sustulit un⁹ āgel⁹ fort̄ lapidē q̄si molarez
magnū ⁊ misit i mare dicēs. Hoc ipetu mit
tet babylō civitas illa mag̃. ⁊ ultra iā nō i
uenietur. Et vox citharedoz ⁊ musicoz ⁊ ti
bia canentiū ⁊ tuba ñ audiet̄ i te ampli⁹. Et
artifex oīs cuiusq̄ artis ñ inuenietur in te amplius. Et
vox molē nō audietur i te ampli⁹. Et lux
lucerne ñ lucebit i te ampli⁹. ⁊ vox sponsi ⁊
sponse ñ audiet̄ ad h̄ i te: qr̄ mercatores tui
erāt pncipes trē. qr̄ i veneficijs tuis erra
verūt oēs gētes. Et i ea sāguis pphaz ⁊ sā
ctoz inuentus ē ⁊ oīum q interfecti sūt i tra.

Post h̄ audiui q̄si vocē ma
gnā turbaz multaz i celo dicentiū. alle
luia ⁊ gl̄ia ⁊ virtus dn̄o nr̄o ē: qr̄ vera ⁊
iusta iudicia sūt ei⁹. q iudicauit ō meretrice
mag̃. q̄ corrupit trā in p̄stitutōe sua. ⁊ vidi

cauit sāguinē suoꝝ suoꝝ de manib' ei'. Et iterꝝ dixerūt alla. Et fum' ei' ascēdit i secula seculoꝝ. Et ceciderūt seniores uigintiq̄ tuor et q̄tuor animalia. et adorauerūt deū sedē tē sup thronū. dicētes. Amē alla. Et uox ō throno exiuit dicēs. Laudē dicite deo nr̄o oēs sci ei'. et q timet eū pusilli et magni. Et audiui ūā uocē turbe magne et sic uocē aquā multaꝝ et sic uocē tonitruoꝝ magꝝ. dicēntū alla: qm̄ regnauit dn̄s ds nr̄ oīpotens. Gaudeam' et exultem' et demꝰ gliaz ei: qz uenerūt nuptie agni. et uxor e' ꝑparauit se. Et datū ē illi ut cooperiat se byssino splēdēti et cādido. Byssinū.n. iustificatōes sūt scōꝝ. Et dixit mihi. Scribe. Bti q ad cenā nuptiaꝝ agni uocati sūt. Et dixit mihi. Hec ūba dī uera sūt. Et cecidi ad pedes ei' ut adorarē eū. Et dixit mihi. Uide ne feceris. Conseru' tu' sū. Et fratꝝ tuoꝝ hātiū testimoniū ihu. Deū adora. Testimoniuz.n. ihu ē spūs ꝓphie. Et vidi celū aptū. et ecce equ' alb' et q sedebat sup eū uocabat fidel' et uerax et cū iustitia iudicat et pugnat. Oculi āt e' sic flāma ignis. et i capite eius diademata multa. hās nomē scriptū qđ nēo nouit nisi ipse. Et uestit' erat uestē aspsa sāguie. et uocabat nomē ei' ihū dei. Et exercit' q sūt i celo seq̄bāt eū i equis alb. uestiti byssino albo et mūdo. et de ore ei' ꝓcedit gladi' ex utraq; ptē acut'. ut i ipo ꝑcutiat gētes. Et ipse reget eas i uga ferrea. et calcat torcular uini furoꝝ ire dei oīpotēt. Et hz i uestimēto et i femore suo scriptū. Rex regum et dn̄s dn̄antiū. Et uidi unū āgelū stātē i sole et clamauit uoce magā dicēs oib' auib' que uolabāt p mediū celi. Uenite et ogregamini ad cenā magnā ut māducetis carnes regū et carnes tribunoꝝ et carnes fortiū et carnes eq̄ꝝ et sedētiū i ipsis. et carnes oiuz liberoꝝ et seruoꝝ et pusilloꝝ et magꝝ. Et uidi bestiā et reges tre et exercit' eoꝝ ogregatos ad faciendū ꝓliū cū illo q sedebat i eq̄. et cū exercitu ei'. Et apphēsa ē bestia et cū ea pseudoppha. et q fec signa cora ipso q̄b' seduxit eos q acceperūt caracterē bestie. et q adorauerūt imaginē e'. Uiui missi sūt hi duo i stagnū ignis ardētis et sulphuris. et ceteri occisi sūt i gladio sedētis supra equū q ꝓcedit ō ore ipsius. et oēs aues saturate sūt carnib' eoꝝ. XX

Et uidi āgelū descēdētē ō celo hātē clauē abyssi et catenā magnā i manu sua. Et apphēdit draconē. serpētē ātiquū q ē diabol' et sathanas. et ligauit eū p ānos mille. et misit eū i abyssū. et clausit et signauit sup illū ut nō seducat āpli' gentes doec cōsumēt mille ānī. et p' h' oportet illū solui modico tpe. Et uidi sedes. et sederūt sup eas. et iudiciū datū ē illis. Et aias decollatoꝝ pp testimoniū ihu et pp uerbū dei. et q nō adorauerūt bestiā neq; imaginē eius: nec acceperūt caracterē e' i frontib' aut in manib' suis. et uixerūt et regnauerūt cū xpo mille ānis. Ceteri mortuoꝝ nō uixerūt. donec cōsumēt mille ānī. Hec ē resurrectio ꝓma. Beat' et scūs q hz ptē i resurrectione ꝓma. In his secūda mors nō hz ptātē. sz erūt sacerdotes dei et xpi. et regnābūt cū illo mille ānis. Et cū cōsūmati fuerit mille anni. soluet satanas de carcere suo et exibit. et seducet gētes que sūt sup q̄tuor angulos terre gog et magog: et cōgregabit eos in ꝓliū: q̄ꝝ numerus ē sicut arena maris. Et ascēderunt sup latitudinē tre. et circuierūt castra sanctoꝝ et ciuitatē dilectā. Et descēdit ignis a deo de celo. et deuorauit eos. et diabolus q seducebat eos missus ē in stagnū ignis et sulphuris ubi et bestia et pseudoppha cruciabunt die ac nocte in secula seculoꝝ. Et vidi thronū magnū candidū et sedentē sup eū a cui' ospectu fugit terra et celū. et locꝰ nō ē inuent' ab eis. Et vidi mortuos magnos et pusillos stantes in ospectu throni et libri apti sūt. et alius liber apert' ē q ē vite. Et iudicati sūt mortui ex his q̄ scripta erāt in libris ꝟm opa ipsoꝝ. Et dedit mare mortuos qui i eo erāt: et mors et infern' dederūt mortuos suos qui in ipsis erāt et iudicatus ē de singulis ꝟm opa ipsoꝝ. Et infernus et mors missi sūt i stagnū ignis. Hec ē mors secūda. Et qui nō inuent' ē in libro vite scriptus: missus ē in stagnū ignis. XXI

Et vidi celū nouū et trām nouā. Primū.n. celū et ꝓma tra abyt. et mare iā nō ē. Et ego ioānes vidi scām ciuitatē ihrlm nouā descendentē de celo: a deo paratā: sicut sponsā ornatā viro suo. Et audiui vocē magnā de throno dicētē. Ecce tabnaculū dei cū hominib'. et habitabit cū eis. Et ipi ppli ei' erunt. et ipse de' cū eis: erit eorum de'. Et absterget deus omnē lachrimam ab oculis eorum. et mors vltra nō erit neq; luctus neq; clamor neq; dolor erit vltra: q̄ prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio oia. Et dixit mihi

Scribe: qz h̄ ẋba fidelissima sūt z vera. Et dixit mihi. Factū ē. Ego sum alpha z o: initium z finis. Ego sitienti dabo de fōte aq̄ viue gratis. Qui vicerit possidebit h̄. Et ero illi ds. z ille erit mihi filius. Timidis aūt z incredulis z execratis z homicidis z fornicatoribus z veneficis z idolatris z oib⁹ mēdacibus. ps illoz erit i stagno ardēti igne z sulphure qđ ē mors secūda. Et vēit vn⁹ d̄ septē ag̃el⁹ hāt⁹ phialas plēas septē plagis nouissimis. z locut⁹ ē mecū dicēs. Uēi z ondā tibi sponsā vxorē agni. Et sustulit me i spū i mōtē magnū z altū. z ondit mihi ciuitatē scām̄ irl̄z descēdētē d̄ celo. hāt⁹ claritatē dei. Et lumē ei⁹ sīle lapidi pcioso tāq̄ lapidi iaspidis. sic̄ crystallū. Et hēbat murū magnū z altū hāt⁹ portas duodeci. z i portis ag̃elos duodeci. z noia iscripta q̄ sūt noia duodeci tribuū filioz isrl̄. Ab oriente porte tres. z ab aq̄lone porte tres. z ab austro porte tres. z ab occasu porte tres Et mur⁹ ciuitatis habēs fūdamēta duodecim. z in ipsis duodecim noia duodecim apostoloz z agni. Et q loq̄bat mecū hēbat mēsuram arūdineā aureā vt metiret ciuitatē z portas ei⁹ z murū. Et ciuitas i q̄dro posita ē. et lōgitudo ei⁹ tāta ē quāta z latitudo. Et mēsus ē ciuitatē d̄ arūdie aurea p stadia duodeci milia. z longitudo z altitudo z latitudo ei⁹ equalia sūt. Et mēsus ē muros ei⁹ cēt tū q̄dragita q̄tuor cubitoz. mēsura hoīs q̄ ē ag̃li. Et erat structura muri ei⁹ ex lapide iaspid̄ ipse vero ciuitas aurū mūdū. sil̄ vitro mūdo. z fūdamēta muri ciuitat⁹ oi lapide pcioso ornata. Et fūdamētū p̄mū ipsis. se cūdū sapphyrus. tciū chalcedoni⁹. q̄rtus smaragdus. qntū sardonix. sextū sardius. septimū chrysolith⁹ octauū beryll⁹. nonū thopazi⁹. decimū chrysopassus. undecimū hyacinth⁹ duodecimū amethist⁹. Et duodeci porte. duodeci margarite sūt p singulas Et singule porte erāt ex singul⁹ margarit⁹ z platea ciuitat⁹ aurū mūdū tāq̄ vitr⁹ pluci dū. Et tēplū nō vidi i ea. Dñs. n. ds oipotēs tēplū illi⁹ ē z agn⁹. Et ciuitas nō eget sole neq̄ luna. vt luceāt i ea. Nā claritas dei il lumiabit eā. z lucerna ei⁹ ē agn⁹. Et ābulabūt gētes i lumie ei⁹. z reges terre afferēt glām̄ suā z honorē i illā. Et porte ei⁹ nō claudēt p diē. Nox. n. nō erit illic. Et afferēt gl̄iam z honorē gētiū i illā. Non intrabit in ea aliquid coinquinatum aut abbominationem faciens z mendaciū: nisi q scripti sunt in libro vite agni. XXII

Et ondit mihi fluuiū aq̄ viue splēdidū tāq̄ crystallū pcedentē de sede dei z agni. In medio platee ei⁹. z ex vtraq̄ pte fluminis lignū vite afferēs fructus duodeci p mēses singulos reddēs fructū suū. z folia ligni ad sanitatē gentiū. Et oē maledictū ñ erit āpli⁹ sz sedes d̄i z agni i illa erūt. z ſui ei⁹ ſuiēt illi. Et videbūt facie ei⁹. z nomē e⁹ i frōtib⁹ eoz. Et nox vltra nō erit. z ñ egebūt lumie lucerne neq̄ lumie solis. qm̄ dñs ds illumiabit illos. z regnabūt i secla seculoz. Et dixit mihi. Hec ẋba fidelissima sūt z vera. Et dñs ds spiritu⁹ pp̄haz⁹ misit ag̃elū suū ondē seruis suis q̄ oportet fieri cito. Et ecce vēio velociter. Beat⁹ q custodit ẋba pp̄hie libri hui⁹. Et ego ioānes q audiui z vidi h̄. Et postq̄ audisse z vidisse: cecidi vt adorarē añ pedes ag̃eli q mihi h̄ ondebat. Et dixit mihi. Uide ne feceris. Cōserv⁹. n. tu⁹ sū z fratr tuoz pp̄haz⁹. z eoz q seruāt ẋba pp̄hie libri h⁹. Deū adora. Et dixit mihi. Ne signaueris ẋba pp̄hie libri h⁹. Tps. n. pp̄e ē. Qui nocet noceat adhuc. z q i sordib⁹ ē sordescat adhuc. Et q iust⁹ iustificet adhuc. z sanct⁹ sanctificet adhuc. Ecce venio cito. z merces mea mecū ē. reddē vnicuiq̄ sz opa sua. Ego sū alpha z o. p̄m⁹ z nouissim⁹. p̄nciplū z finis Bti q lauāt stolas suas i sāguie agni vt sit pt̄as eoz i ligno vite. z p portas intrēt ciuitatē. Foris canes z venefici z impudici z homicide z idolis seruientes. z ois q amat z facit mēdaciū. Ego ihs misi ag̃elū meū testificari vob⁹ h̄ ecclīs. Ego sū genus z radix dauid. stella splēdida z matutina. Et spūs z sponsa dicūt veni. Et q audit. dicat veni. Et q sitit veniat. z q vult accipiat aquā vite gratis. Cōtestor. n. oi audienti ẋba pp̄hie libri h⁹. Si qs apposuerit ad h̄. apponet d̄s sup illū plagas scriptas i libro isto. z si qs diminuerit de ẋbis libri pp̄hie h⁹. auferet ds pt̄e ei⁹ de libro vite. z de ciuitate scā. et de his q̄ scripta sūt in libro isto. Dicit qui testimoniū perhibet istoz. Etiam. Uenio cito. amē. Ueni dñe ihū. Gratia dñi nostri ihū xpi cum omnibus vobis. Amen.

Biblia impssa Uenetys p Octauianū Scotū Modoetiensem explicit feliciter. Anno salutis. 1480. pridie kalēdas iuny.

Incipiũt interpretatiões hebraicorum nominũ ſm ordinem alphabeti.

Haz:apprehẽdens uel apprehenſio.

Had:teſtificãs. uel teſtimoniũ.

Hadbar: deprecatio

Halma:ẏgo abſcõdita.uel abſconſio ẏginitatis

Hara montana uel mons fortitudinis.

Haró:mons fortis.uł mõs fortitudinis:ſiue montan⁹.

Haronite: mõtes robuſti.uel mõtiũ fortitudies.ſiue montani.aut mõtes eorum.

Hars.ſol.uł lumẽ.ſiue illuminans aut illuminatio.

Hatbar:de pfe tuo.uł tpe tuo ſiue tu añ.aut tẽporalis tu⁹.

Haz:apphẽdens uł fortitudo. ſeu fortis.aut apprehenſio.

Hazia:patru⁹.uel patruel.ſeu apphẽdens dñz:aut fortitudo domini.

*hic.b.poſt.a.

Hba:pf uel paternitaſ Syrum ẽ:nõ hebreũ.

Habbacuc.luctator fortẽ uel rigidus ſiue ꝺplerãs eos aut ſuſceptio eorum.

Habbadia: ſeruus dñi.uel ſuiens domino.

Habbaga:pf ſolẽnis uel pfis ſolẽnitas ſeu pf loquẽs.aut patris locutio.

Habaia:pf dñs:uel pf abundãs ſiue pf me⁹ iſte.aut pfis mei abundantia

Habaí:pf eis.uel pfnitaſ eorũ.

Habana:pater gratus.uel lapides colligens.

Habani:patris reges.uel pf cõmotus,ſeu pf grat⁹ mihi.uel pf gratificãs me.

Habania:paſ grat⁹ dño.uel pater gratificans deum.

Habaria:trãſiẽs dñs.uel in trãſitu dñi.ſiue pf ſuſcitanſ dñz aut paſ vigilans dño.

Habarim:ptranſiens.aut ptrãſitio.ſeu montes i trãſitu. uł montes tranſeuntium.

Habaron:pf ſuſcitans dolorez: uel pf vigilãs murmurationi. ſiue pf ſuſcitãs inigrate.aut pater vigilans inutilitati.

Habaſbat:parcens:uel pepcit. ſeu parcens mihi.aut parſimonia mea.

Habda:ſeruiens.uel ſeruitiuz, ſiue ſeru⁹ ei⁹.aut ſeruiẽs ei.

Habdai.ſeru⁹ me⁹.uel ſeruiẽs mihi.ſiue ſeruiens eius.uel ſeruitus mea uel ſeruitium eius mihi.

Habdebel:fu⁹ dei uel fuiẽs deo

Habdemelech: ſeru⁹ regis uel ſeruiẽs regno.ſiue ſeruus regius.aut ſeru⁹ regnator.

Habdenago:ſeru⁹ tacẽs.uł ſeruiens taceo.uel dñi auxiliuz aut dñs auxiliator.

Habdi:fu⁹ me⁹:uel fuiẽs mihi

Habdias:ſeruus domini.uł ſeruiens domino.ſiue dñi teſtis aut dño electus.

Habdiel:ſeru⁹ dei:uł fuiẽs deo

Habdo:ſeru⁹ ei⁹.uel ſeruiẽs ei.

Habdõ:fuiẽs eis.uel ſeru⁹ eor

Habdon:ſeruus merens.uł ſeruus inutilis.

Habdon: ſeruus muſitans.uel ſeruus iniquus.

Habdon:ancilla dolens.uel ſeruiens murmurando.

Habed:ſeru⁹ ppłi.uł fuiẽs ppło

Habedia:fuiẽs dño ł fuitiũ dñi

Habel:ꝺmittẽs.uel cõmiſſio.

Habel:luctus.uel vapor.ſeu vanitas aut miſerabilis.

Habela:ꝺmittẽs ei:vel ꝺmiſſio eius.ſiue lugens.euz aut miſerabilis ei.

Habelga:vapor vallium,uel luctus denotans.

Habelmariz:vanitaſ habitaculi.vel luctus inhabitantiuz.

Habelmeola:vapor vallis ſalſe.uel luctus parturientium ſeu vanitas domicilij:uł miſerabilitas inhabitatõis.

Habelmeula:idem eſt.

Habelſatiz:vapor ſpinoſus.uł luctus germinans.ſeu miſerabilis poſitio:aut vanitaſ reſurrectionis.

Habemboen:lapiſ pollicis eor uel lapis i medio eor.

Habenezer:lapis adiutorij.uel lapis auxiliator.

Habẽer:lapis lucidus.uel pater luceme.

Haber:ꝺmiſit.uł certamẽ inyt ſeu particeps aut ꝓticipatio

Haber:uulnus.uł liuor.ſiue lucidus aut uulneratus.

Habeſſalon:pax pfis uel pf pacis.ſiue pfis luctus,aut pfis amaricatio.

Habeſſan pater abundans uel patris egreſſio.

Habethan pfis repulſio,uł via explorationis.

Habetherbim:luctus licorũ uel vanitas germinis.

Habgatha:pf tangẽs ridentez. vel pfis tactus ridentis.

Habia:pf dñs:uel pfis dñz.ſiue dñi paſnitas.aut ubi pf fuit

Habiail:pf me⁹ exultãs.uel patris mei exultatio.

Habial:pf me⁹ ꝓtentus.uel patris mei deſpectio.

Habiaſbori:pf me⁹,ſupintelligens.vel pfis mei ſuperintelligentia.

Habiá:patris mei ppłs.uel paſ meus eorum.

Habiaſab:pater meus colligẽs uel pfis mei collectio.

Habiaſaph: pf me⁹ ꝺgregans. uel pfis mei ꝺgregatio.

Habiathar pf me⁹ ros.uel paſ me⁹ ſuꝑfluus.ſiue pf meus ſuſcitans pccm̃.aut pf meus peccato vigilans.

Habida:pf meus ſciens.uel patris mei ſcientia.

Habidá:pf meus ſciens eos.uł pater me⁹ ſcientia eor.

Habidan:pater meus iudex.u patris mei iudicium.

Habiel:pf me⁹ deus.uel patris mei deitas.

Habiem:patris mei mł.uel pf meus maternus.

Habiezer:pf meus fortẽ.uł pfis

mei auxiliū. siū pater me⁹ se
pat⁹. aut patrī mei scificatio
Abiezeti. patrī mei auxiliū. uł
pat̄ me⁹ auxiliator meus.
Abigabaon pat̄ collis merēt̄.
aut pł uallis mesticie. siue pł
me⁹ uallis mesta. uł pat̄ me⁹
collis merentiū.
Abigail. pater me⁹ exultās. uł
patris mei exultatio.
Abigal. pater rozis. uł erroris.
siue pris mei aceru⁹. aut pa
tris mei uolutio.
Abibel. pater me⁹ deus uł pa
tris mei deitas.
Abilma. lugēs uł plorās. siue
luct⁹ aut plozatio.
Abilmei. lugētes uel plozātes.
seu uani aut miserabiles:
Abilmes. idem.
Abimabel. pat̄ me⁹ a ō uł pł
meus exaudiens deum.
Abimelech. pat̄ me⁹ rex. uł pa
tris mei regnū.
Abim. pat̄ mēsure. uł pat̄ mē
surat⁹ siue pł fuit. aut pł eīt
Abinaam. patrī mei decus. uł
patris mei cōmotio.
Abinadab. patrī mei uotū. uł
pater me⁹ spōtane⁹.
Abinoem patrī mei fidelitas.
uel patrī mei requietō.
Abira. pater me⁹ magister uł
patrī mei magisteriū.
Abirā. pat̄ me⁹ excelsus. uł pł
me⁹ exaltat⁹. siue pł me⁹ sbli
mis. aut pris mei sublimitas
Abirō pł me⁹ mgł musitās. uł
pł me⁹ mgł murmurās. siue
pł me⁹ mgł iniqu⁹. aut pater
me⁹ magister inutilis.
Abisa pł saluū. ł pris salutare
Abisa pł me⁹ sacrificās. ł pris
mei sacrificiū. siue pris mei
icēsū. aut prismi bolocaustū
Abisai pł saluū mee. uł patris
salutare mihi.
Abisai pł me⁹ incēsuz mihi. uł
pł me⁹ sacrificiū meū.
Abisai pł me⁹ supflu⁹. uel pa
tris mei rugitus.
Abisag pris mei icensū. uel pa
tris mei bolocaustū.
Abisue pł me⁹ cātās. uel pris
mei cātilena. siue pł me⁹ lo
quens. aut pris mei locutio.
Abisur pł me⁹ mur⁹. uel pater
meus directus.
Abisur pł me⁹ robust⁹. uł pat̄
me⁹ āgustiat⁹. siue pł me⁹ cō
tinēs. aut pris mei acerbitas
Abithal pł me⁹ ros. uł pł me⁹
irrozat⁹. siue pł em meū apb
bēdēs. aut pris mei apbbēsio
Abiu pł me⁹ ē. uł pł me⁹ ipse.
Abiud pris robur. ł pris roboz
siue pł eoz. aut pł meus iste.
Abizer pł lucid⁹. ł pris lucēna
Abobi pater incantatoz. uł pa
tris amplexatio.
Aboz pł mōtiū. uł pris fozamē
seu pł lumis. aut pł iracūd⁹.
Abra pris magisteriū. uel pa
tris exaltatio.
Abraham pł videns ppłm. uł
pł videns mł̄titudinē. seu pł
multitudinis. aut pat̄ multa
rum: subintelligit̄ gentium.
non est. n. in noie.
Abram pł excelsus. uel pł ex
altatus. seu pł sublimis. aut
pris sublimitas.
Abrech pł delicat⁹. ł pł tener
rim⁹. Ipse ē ioseph q̄ platus
egypto cum eēt tener ac de
licat⁹ etate iuuēt⁹ fact⁹ est
pł senū merito sapientie z p̄
latus sapientibus.
Absalon pax pris. uel pł pacis
uł pris luctus. aut pris ama
ricatio.
Absalon pem meū pacificās
uel pris mei amaricatio.
Absanias pł egressus dño. vel
pris abundantia dñi.
Abur pris lumē. uł pł igneus.
seu pł icēdēs. aut pris apitō
Abur liuoz. vel plaga. seu liui
dus. aut vulneratus'.

hic. c. post. a.

Achab frat̄ pris. uł frat̄
nitas paternitat⁹.
Acham frat̄ pris sui uł
fratnitas paternitat⁹ sue.
Acchabim decēt. uł scorpiōes
Achaia sozoz laborās. uł sozoz
q̄ siue sozoz dñi. aut frat̄ eius
dominus.
Achaici: fratres laborātes. uł
fratres qui. seu frēs dñi. aut
frater eoz dñs.
Achaim ꝓrupta. uł umbracu
lū. siue sozoz laboris. aut fra
ternitas eozum.
Achal oia vel i oib⁹: seu frater
deceptus. aut fris amixtio.
Acham labor vel necessitas.
seu coluber insidiās. aut fra
ternitas eozum.
Achāmoni frat̄ sapientie. uel
frat̄ sapientissimus.
Achan tribulator. ł necessari⁹
Accan necessitas uł tribulatō
Achará retinēs. uel apbbēdēs
siue retinens gratiaz. aut ap
prehensio gratie.
Achar mercēs. vel turbator. si
ue tumulus. aut quersio.
Acharā: turbās ppłm. uł quer
sio ppłi. siue peruertens eos
aut turbatio eozum.
Acharan merces grē. uel tur
bans gratificatos.
Accarcha ifern⁹ uł paumētū
Acharis sterilis. uł ingrat⁹ seu
sterilitas. aut ingratitudo.
Acharob: mures. uł demolitō
Accaron i pascuis. uel gregis
pascua seu sterilitas. aut eru
ditio tristitie.
Accarōite i pascuis. uł pascua
greguz. siue steriles. aut eru
dimenta tristitiaz.
Achas tenēs. aut apbbēdēs. si
ue retētio. aut apbbensio.
Achaz quertēs. uł apbbēdens
siue quersus visiōi. aut apb
bēdēs fortitudinem.
Achazias apbbendēs dñz. vel
apbbensio dñi. seu cōuersus
fortiter dño. aut apbbēdens
visionem dñicam.
Achazib frat̄ lupi. uel frat̄ de
uozans. seu tenens lupū. aut
apprehendēs rapacitatem.
Acla claudicans. vel factura.

Aclaph .clauda collectio.uel factura congregatõnis.
Aces. hamus.uł retentio .siue humilis.aut humilitas.
Acces.idem.
Accereth .dissipãs .uł dispdẽs siue demolitẽs.aut inflictẽs.
Acceretbi.dissipãs me.uł dispdens me.siue dmolitio mea. aut interfectio mea.
Achela.suscipiẽs.eũ.uel susceptio eius.
Achelde mach.ager sãguinis. uel ager sanguineus. Syrus est.non ebreum.
Accherubim.cognsce .uel intelige.siue sciens multitudiez. aut scie multitudo.
Achi.frater meus uł fraternitas mea.
Achia.umbraculũz.uł ꝓruptio seu frater dñi.aut fraternitas dominus.
Achiam.frater populi.ł fratri popul'.siue umbraculũ eis. aut ꝓruptio eoꝝ.
Achias.mercens.uł retributio. seu frat dñs.aut fraternitas dñi.
Achie.umbraculũz.uł i collib'
Achila .suscipiens eũ uł susceptio ei'.
Achilai.sucipiẽs eũ mihi. uel susceptio ei' mea.
Achim. fletus.uł plorãs.siue frat eius.aut fraternitas eoꝝ.
Achimaas.fris mei on'.uł fratris mei assumptio .
Achimai.frat me' reduct'.uł fratris mei reductio.
Achimau. frater me'quis .uł frater meus quomodo.
Achimelech.frater me'rex.uł fratris mei regnũ.
Achimorth.frat meus mortu' vel fratris mei desertio.
Adhimaan. fratri decor.uł frater decorus .
Achinoem.fratris ōc'.uel fraternitati delectabilis.
Achior.fratris mei lumẽ. uel frat meus montan'.seu fratri mei forame, aut fris mei iracundia
Achis frater me',uł quo est
Achis.frat vir.uł hũtũ vir seu frat me' aut fratnitas viri.
Achisamech.frẽz meũ corroborãs.uł fris mei firmamtũ.
Achisamech.frẽz adiunãs.aut fratnitat adiutor. seu fratnitat fultura. aut fratnitat erectio.
Achitob.frat me'bon'.uł fratris mei bonitas .
Achitophel.frat me'ruẽs.uel fratri mei ruia.
Achitophel.frat me'cadẽs uł frat me'irruẽs.siue frat me' tractãs aut frat me'cogitãs.
Achizib stłticia uł mendaciũ. seu frat meus deuorãs. aut fratri mei hostia.
Accho.bam'.uł usq; huc.siue hũilitas:aut retẽtõ.
Acchoe bam'.ł vsq; huc. seu retinẽs eũ:aut hũilitas ei'.
Acchoire.bami. vel vsq; huc. siue hũiles.aut retenti.
Acchos.bam'.ł usq; huc. siue humilitas.aut retentio..
Acchoboz.murex.ł dũastatio.
Achor.turbatio.uł tumultus seu puerẽs.aut puersio.
Achor.fratris lumẽ.uł fratris altitudo seu fratri foramen. aut fratri iracundia.
Achzon.retẽtio uł apphensio. seu retinẽs.aut apphendẽs.
Acchub.bami.fuitas.uł humilitatis ꝺdemnatio .
Acchupha.bam'subit'uł hũilis eructatio.
Acchus.retinens consiliũ.uel humilis consiliator.
Acchur:retinẽs lũen.uł humilitas ignea.
Achzib .retẽtio .uł derelicta. seu mẽdatiũ.aut stultitia
Achziba.mẽtiẽs ei.ł stłticia e' seu retinẽs eũ aut ōrelca ei.

*Dicit.d. post .a.

Ada: testificans.uł testimonium.
